


Bulengerii
EGLOGAE
AD
ARNOBIVM



TOLOSA


1612





30^o

SL. cut



Julius Cesar Bellegoues
professant la Rhetorique
aux Prassinos fut empereur
pour le faire monnayez

Cet homme estoit
extremement nizol, il
estoit Savant, Poete, Prophete,
Alchimiste, et banchier, et femme
Yoragne, pour son myeure

Il avoit abjouesté son
jeun age. Il y est retourné
et y est mort.

monde

Julius Caesar Balaengerus étoit néoit
de Lorraine, fils d'un Medecin. Il se fit
jésuite à Paris avec joie. Il en eut
l'espree et cest de la main de mon père qui
tient des levers qu'il l'a dicté en 1586

Il sortit des jésuites en ayant fait
plusieurs collages pour il devint amanuens
du Roi, et chyriste, propos et
debouché, enfin il se rendit aux
jésuites chez lesquels il est mort en
1628. - Il étoit savant, mais
tout ce qu'il a écrit n'a pas
duré.

Patrimonial

P. XVII. - 139

IVLII CÆSARIS
B V L E N G E R I
IVLIODVNENSIS,
E C L Ó G A R V M
A D A R N O B I V M
L I B E R P R I M V S,

*Nobilissimis viris D. D. Octumuiris
Capitolinis Tolosa, anni salutis
M. D C. XII. inscriptus.*



TOLOSAE,
Typis Raym. Colomerij, Regij Typogr. M.DC.XII.



СИДЕРУС
ДАНИЕ
МОДАНЕСИ
ЕСЛОГАРУМ
АДАНОГА
ДА

Успеніїа
Святого
Духа
Д. О.
Д. Г.



Логотип
ГИМН



NOBILISSIMIS
IIXVIRIS CAPITOLINIS
T O L O S A E,

M. M. Alberto Dupuy , Petro de la Mamye Iuridicis , Antonio de Valete , Iacobo de Caffan Curatoribus publicorum operum , Durando de Gualy , Petro de Fondeire Agoranomis , Stephano du Solier , Simoni de Labat Xenodoxiorum Magistris ,

S.



*VDIVS tertius cum
in manus meas Viri
Clarissimi Barnabæ
Briffonij liber de Per-*

A 2

sarum imperio venisset, in eo multa
desiderari animaduerti, quibus
omissis regni antiquissimi amplitu-
do plene cognosci non potest. Cum
enim in Asia qua terrarum orbis no-
bilissima pars est, Assyrij primum,
deinde Medi, tum Persæ, denique
Parthi, & iterum Persæ rerum
potiti sint, vulgoque Persicum,
Parthicum, Medicum, Imperium,
ipsique adeo Persæ, Parthi, Medi,
maxime apud Poëtas, pro iisdem
accipientur, inter quos tamen pluri-
mum esse discriminis historici omnes
produnt, in solis Persis vir alioqui
diligentissimus immoratus est, Assy-
rijs, Medicis, Parthis suos limites
non ascripsit, De Religionibus ac
cerimonijis sacrorum pauca deliba-
uit, Babylonios, Chaldaeos, & ma-
gos sacrorum antistites silentio dissi-

5

mulauit, conuiuia delitiásque regum præteriit, qua singula cum ad Persici imperij maiestatem plurimum faciant, è veteris historia fidelucem eis ex parte facere institui. Ad eam rem auctoribus usus sum probatissimis Manasse in Politicis, Porphyrio, Arnobio, Georgio Monacho, Polyanu, Callisthene in rebus gestis Alexandri, aliisque quorum nonnulli in Bibliotheca regia nondum formis excussi latent, quidam non ita pridem in vulgus editi sunt. E quibus quia qua mihi maxime probabantur selegi, Eclogas indigitare libuit quicquid hoc libelli est, Et bona scaue causa quadam ex Arnobio de Deo, Et anima præmisi, nescio quam feliciter, certè non sine labore Et vigilijs, qua ut in publicum magis probentur, ea sub nominis.

A 5

3

vestri tutela, Capitolini nobilissimi,
apparere volui. Vos enim ut cen-
sores olim morum magistri estis, ut
Prætores inter ciues & peregrinos
ius dicitis, ut questores parricidij de
criminibus queritis, & latrocinia,
lenocinia, maleficia coercetis. Vos ut
Curatores operum publicorum, Tolo-
sam Galliæ decus adificijs, muris,
propugnaculis, & nobilissimi illius
ad Garumnam lateritij pontis sub-
structione ornatis, vos ut Ædiles,
& ἀρχαιομοι annonam procuratis,
de mensuris ius dicitis, vasa minora
frangitis, vos δραφατερεφεια, γεωγλωσσια,
πιωχτερεφεια, singulari pietate fouetis,
& alimentarijs pueris alimenta suffi-
citis, vos denique non modo ludis
floralibus elegantiores Musas exco-
litis, & iuuentutis ingenia premijs
ad eruditionem accenditis, verum-

7

etiam in Tolosano collegio summa
liberalitate, liberales artes alitis, &
præceptoribus salary de publico nu-
meratis. Quæ cum amplissimo hono-
re dignissima sint, adduci me facile
passus sum, ut hoc vobis spicilegium
ex uberrima Persici imperij messe
dicarem, quòd & argumenti ipsius
dignitate, & animo donantis, vobis
acceptissimum fore voueo, & spero.
Benè Valete Capitolini nobilissimi.

Tolosæ 3. Kal. Octob.

A. S. M. D C. XII.

I. C. B V L E N G E R V S.

J.C. BALTZINGER

Tegels & Koffiehof



IVLII CÆSARIS

B V L E N G E R I

E C L O G A R V M

L I B E R P R I M V S .

D E D E O .

C A P Y T I .

Arnobij de Deo verba sunt.

O maximè, ô summe rerum inuisibilium procreator, ô ipse inuisus, ô nullis unquam comprehensè naturis, &c. Prima tu caussæ es, locus rerum ac spatiū, fundamentum cunctorum quacunque sunt, &c.



K οὐδὲ ἀρχῶντα. Τὸν δὲ ποτὲ
ἄνθρης ἐῶμεν
Λύρητον. Μεσαὶ δὲ οὐδὲ πᾶσα μῆν
ἀγγαῖ,

Πᾶσαν δ' αὐθεφόπων ἀγοραῖ, μετὶ δὲ θύλασσα,
Καὶ λιμνές. Πάντη δὲ πίδες πεχρόσμενα πάντες·
Τῇ γὰρ γῆνος ἐσμέν. Ait Aratus, id est,
Ab Ioue capiamus principium, quem
nunquam indictum sinamus; Plenæ
enim sunt viæ omnes Ioue, plena foræ,
plenum mare, & littora. Omnino Ioue
egemus omnes, (vulgo legitur, πεπλη-
λήσμετα, pleni sumus) cum eius simus
genus. Virgilius ex eo mutuatus est,

Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena.
Neque enim honestiora vestibula,
quam quæ Deum præferunt, in hac
ingressione hominum oculis exhibere
possimus. Deum igitur ut nostris
cœptis aspiret in ipso limine appellam-
us, morémque iam inde à primis
temporibus receptū retinemus, quem
in Timeo Plato de Deo dicturus, &
libris de Republicâ, tenet. Σὸν γενέρων
λέγειν ἀντί εἰν ὁ Τιμᾶς, τὸ μετὰ τέτο, ὡς ἔστι
καλέσαντα κατὰ νόμον Θεούς. Τιμ. ἀλλ' ὁ σώ-
κρατες, τέτο γε δὴ πάντες δοσι καὶ κατὰ βεαχὺ^ν
σωφεσσούντις μετέχετο ἐπὶ πάσῃ ὅρμῃ καὶ συκρετ-

καὶ μεγάλες τελέγματος θεὸν ἀείπεις καλεῖσθαι.
Tuum ergo est Timae, deinceps dice-
re, inuocatis prius ex lege Dijs. Tim.
Sed ô Socrates, omnes ij qui vel tan-
tillum mentis habent , cum aliquid
majoris , aut minoris rei suscipiunt,
semper Deum inuocant. Cicero lib. i.
de legib. Ab Ioue Musarum principia.
Quia nunc itidem ab eodem , & cæte-
ris Dijs immortalibus , sunt nobis
agendi capienda principia. Pelopidas
apud Plutarch. lib. de Dæmonio So-
cratis , in tyrannos impetum parans,
Πρεσβύτεροι δὲ τοὺς Θεοὺς ἔξιωμα. Precati
Deos in opus exeamus. Paulò pōst
ἀγόρευτα τοῖς Θεοῖς, καὶ τελεταλεῖμον ἀλλήλας.
Deos precamur , & inter nos cohortamur. Demosthenes epistola prima
παντὸς ἀρχομένῳ αὐτοδατεῖς λόγῳ, καὶ ἐργα τὸν
τῷ Θεῶν ὑπολαμβάνω τερπόνειν τελέτων ἀρ-
χεῖσθαι. Εὔχομαι δὲ τοῖς Θεοῖς πᾶσι, καὶ πάσαις, ὅπ-
τε δίκημα ἀερισόν δέσι, τέτο μοι δὲπὶ νοῦ ἐλθεῖν
γέναψα. Instituenti quemcunque sermonem studiosum, & opus, à Dijs in-

cipiendum esse arbitror. Precor igitur Deos, Deásque omnes, vt mihi veniat in mentem scribere, quod est populo maximè salutare. Vnde mos apud populum dicentium, vt Deum præfarentur Poëta l. II. Æneid.

Præfatus Diuos solio Rex infit ab alto.
 Cicero pro Murena hunc morem usurpat. Plinius l. 28. C. 2. in Africa nemo destinat aliquid nisi præfatus Africam. In cæteris vero gentibus Deos obtestamur, vt velint. Panegyrico Constanti. Te summe rerum sator, cuius tot nomina sunt, quot gentium linguis esse voluisti, quem enim te ipse dici velis scire non possumus, siue in te quædam vis, ménisque diuina est, quæ toto infusa mundo, omnibus miscearis elementis. Hesiodus scripsit Chironis ἔποδινας, vt scholia st. Pindari ad odem sextam Pythiorum. Ille Achilli præcipiebat his verbis.

Eῦ γῦν τοι τάδ' ἔκαστα μετάλλα, Πύλεος εἴ

Εὐχὴ μὲν πρώτα Θεοῖς αἰειγένετο.

Hæc singula rite inquire fili Pelei, primum precare Deos æternos. Plini. Panegyr. Benè ac sapienter P. C. maiores instituerunt, ut rerum agenda-rum, ita dicendi initium à precationi-bus capere, quod nihil ritè, nihilque prouidenter homines sine Deorum ope auspicarentur. Xenophon. πειρᾶσθαι οὐν Θεοῖς ἀρχεῖσθαι πάντος ἔργου, ὡς τῇ Θεῷ κυεῖσθαι ὄντων, οὐδὲν ἄττον τῇ εἰρηνικῶν, οὐ τῇ πολεμικῶν ἔργων. Conari omne opus cum Dijs ad gredi, quia Dij non minus rebus ciuilibus quam & bellicis præ-sunt. Symmachus l. 3. epist. 44. An si nobis scribenda sit forensis oratio, Iouem, Deosque cæteros Catonis le-gē præfabimur. Quintilian. Decla-matione 323. Valer. Max. præfat.lib.1. Liuius l. 39. Consules in rostra ascen-derunt, & concione aduocata cum solemne carmen precationis, quod præfari priusquam populū alloquantur.

magistratus solent, peregisset, Consul,
ita cœpit. Nulli vnquam concioni,
Quirites, tam non solūm apta , sed
etiam necessaria hæc solemnis Deo-
rum comprecatio fuit. Auctor l. 4. ad
Heren. Cum Grachus Deos inciperet
precari , cursim isti impetum faciunt.
Legendus Seruius ad hæc verbalib. II.
Æneid. præfatus Diuos : & Asconius
ad 4. in Verrem. Exclamat Arnobius
lib. I. O maximè , ô summe rerum in-
uisibilium procreator , ô ipse inuisus,
& nullis vnquam comprehense natu-
ris , Dignus , dignus es verè (si modo
te dignum mortali dicendum est ore)
cui spiritus omnis, intelligénsque na-
tura , & habere , & agere nunquam
desinat gratias , cui tota conueniat
vita genu nixo procumbere , & conti-
nuatis precibus supplicare. Prima
enim tu causa es, locus rerum ac spa-
tium, fundamentum cunctorum quæ-
cunque sunt , infinitus , ingenitus,

immortalis, perpetuus, solus, quem nulla delineat forma corporalis, nulla determinat circumscrip^tio, qualitatis expers, & quantitatis, sine situ, motu, & habitu, de quo nihil dici & exprimi mortalium potis est significatiⁿe verborum, qui ut intelligaris tacendum est, atque ut per umbram te possit errans inuestigare suspicio, nihil est omnino mutiendum. Non est mirum si ignoraris, maioris est admirationis si sciaris. Libet mihi Arnobij verba è veterum scriptis illustrare.

Deum primam causam esse ait, quod idem agnoscit Aristot. l. 1. Metaph. cap. 2. Οὐ περ γά Θεός οὐκοῦ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἴ^{ται}, γάρ ἀρχήπες. Videtur enim Deus rebus omnibus quædam cau^sa, & principium esse. Et apud Stobæum Callicratidas Pythagoreus. Αὕτη τὸ Θεῖον τῆς φύσεως, δύναται τὸ συμφέρειν συνοπτέμενον, εἴτε μὴν τὸ ιδίον διπλελυμένως, ἀλλὰ τὸ κοινόν, καὶ δῆλον τὸ πολεμορθεταῖς ὁ κόσμος δύο τῆς τριῶν πάντων

δέκανοσμήσεως, ποθ' ἐν τῷ ἀεισον συντεταχθέον.
 Τὸ δὲ ζῆται ἀεισον ἀντός, ὅπερ οὐτὶ κατὰ τὴν
 ἔννοιαν ζῶον, θεάντον, ἀφθαρτόν, ἀρχάτε καὶ αἰώνια
 τῆς τοῦ οὐλῶν δέκανοσμήσεως. Deus principiū
 est naturæ, neque quod sibi utile esset, neque propriū aliquid disso-
 lute spectans, sed quod in commune bonum. Ideò vocatur mundus, κόσμος,
 ab ornatu vniuersi huius, ad vnum quod est optimum ordinatus: illud
 autem optimum, est ipse mundus, qui est, ut cogitando percipi potest, ani-
 mal cœlestis, immortale, principiū & causa huius vniuersi ornatus. So-
 phocles,

Οὐδὲ Θεῖς ἀνθαίρεται πάνται πάλονται

Νοσφὶ μίδος. Κεῖνος γὰρ ἔχει τέλος, οὐδὲ οὐτε ἀρχήν.

Dij præter Iouem non omnia possunt,
 Ipse enim principiū & finem habet.
 Orpheus in Hymnis.

Ζεὺς ἀρωτος γλύκε, Ζεὺς ὑστερε, ἀργυκέραυγος,
 Ζεὺς περφαλη, Ζεὺς μέστης Διὸς δὲ εἰς πάντα
 τέτυκται.

Item

Item ——— πάντων τε γερέθλη

Ζεύς ἀρχὴ πάντων πέλεσται, πάντων τε τελεστή.

Iuppiter primus fuit, Iuppiter vltimus celeri fulmine, terrificus, Iuppiter caput, & medium est, omnia sunt à Ioue, omnium Iuppiter est origo, principium finisque omnium. Dionysius Areopag. lib. de diuinis nominibus

pag. 345. Τὸ ἀγαθὸν ὡς ὄντως ὅν, καὶ τὴν ὄντων ἀπάντων ἐσπούδην. Οὐ ὡν, ὅλε τὰ εἶναι κατὰ θνατουν ῥαράστοις ὅτιν αὐτία, καὶ μημεργός ὄντως ὑπάρχειν, ὕποσάστεως, τίταν, φύσεως πάντος ἀρχῆς, καὶ μέτερην αἰώνιον. Bonum ut re ipsa existens, etiam omnium quæ sunt, causa est ut sint. Qui per se est, super-substantialis causa est, vi sua totius esse, & re ipsa opifex substantiæ, substantialiæ, essentiæ omnis, & naturæ, principium, & modus sempiternus.

pag. 24. Εἴτε γὰρ τῆς πάντων αἰτίας, καὶ ὑπὲρ πάντα ἀγαθότος ἴδιον τὸ ὄφες κοινωνίαν ἔσυπτε τὰ πάντα καλεῖν. Id enim est proprium bonitatis, quæ supra omnia, &

omnium caussa est , vt ad sui participationem omnia vocet.

ARNOBIVS. Deinde Arnobius Deum locum rerum esse ait , quia Deus vt omnia verbo condidit , ita omnia quæ condidit immensitate sua complectitur , & ambit , omnia sustentat , omnia souet ac tuetur. Dionys. Halicarnas. lib. 2. Τὸν δὲ Δία φερέτεον , τερπασθῆναι συλλογόεν , εἴτ' ὅπι πάντων ἴστρέχει , Καὶ πᾶσαν ἐν κύκλῳ περιείληφε τὴν τῶν ὄντων φύσιν τε καὶ κίνησιν , τελεφερέτιν. Iouem feretrum , trophya habentem , spolia ferentem vocarunt , siue quia supra omnia est , & omnem in ambitum amplexus est eorum quæ sunt naturam , & motionem , superferetam. Hermes cap. 2. Poemandr. Εἰνὶ ἀντὸς οὐ τὰ ὄντα , οὐ τὰ μὴ ὄντα . Τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἵψαντες , τὰ δὲ αἱ ὄντα ἔχει τὰ ἑαυτῶν . Deus est ea quæ sunt , & quæ non sunt , sed ea quæ sunt in lucem edidit. Quæ non sunt habet in seipso. Damascenus lib. 1. cap. 16.

Tò Θεῖον ἀμερὲς, δόλον ὀλικῶς πανταχὸν ἔστι, καὶ
δόλον τέλος τὸ πᾶν. Deus impartilis, in-
diuisus, totus ubique est, totus in om-
nibus, totus super omnia. Arnobius
lib. 5. proprium hoc Dei, complere
omnia vi sua, non partiliter uspiam,
sed ubique esse totum. Ambrosius lib.
de fide, cap. 6. Qui cœlum manu sua
operit, & pugno omnem ambitum
mundi claudit. Lucanus lib. 9.

*Estq[ue] Dei sedes, ubi terra, & pontus, & aëris,
Et cœlum, & virtus, superos quid querimus vtria?
Iuppiter est quodcunq[ue] vides, quodcunque moueris.
Aristagoras in Apologetico pro Christianis. Φιλόλαος δὲ ὁ μαθερ. εἰν φρεσὶ πάνται
τὸ τέλος τε τῆς φύσει λέγει, καὶ τὸ ἔνα τόπον,
καὶ τὸ αὐτοτέλεον τῆς ψυχῆς. Philolaus ait om-
nia velut in custodia à Deo contineri,
& eum unum esse, & supra materiam.
Accius in Chryse.*

*Hoc vide circumquaque, quod complexu continet terrā
Quod nostri cœlū memorant, Graij perhibent aethera?
Quicquid est hoc, omnia is animat, format, alit,
auget, creat,
Sepebit, recipitq[ue] in se omnia, omnium idem est pater,*

Indidemque eadem quæ oriuntur, de integrō, atque eodem occidunt.

Æschylus,

*Zēus δένιν αἰθήρ, Ζεύς δὲ γῆ, Ζεύς θεονός,
Ζεύς τι τὰ πάντα χωρεῖ, τῷδέ δ' ὑπέρπεργον.*

Iuppiter est æther, terra, cælum, Iuppiter omnia continet, & id quod omnium est supremum. Menander,

Mηδὲ βελόνης ὡς φίλτα τὸ έπιθύμουν ἀλλατέας ποτέ.

O' γὰ Θεὸς βλέπει σε πλήσιον παρόν.

Ne ve aciculam alterius concupiscito charissime, Deus enim prope te præsens intuetur. Pindarus *Tί Θεός;* ὅπι τὸ πᾶν. Arist. sub finem lib. de mundo.

*O' μὴ δὴ Θεὸς ἀρχήν τε καὶ τελεύτην, Εἰ μέσαν
τῷ ὄντον ἀπαίτων ἔχων ἐνδεῖα περίπεται κατὰ
φύσιν πορεύομόνος. Τῷ δὲ αὐτὶ συνέπεται δίκη
τῷ δικολειπομένῳ τῷ θείᾳ νόμῳ πιμωές. Quid
est Deus? Est omnia, initium, & finem,
& medium omnium quæ sunt habens,
recta linea incedens, operatur secun-
dum naturam. Iustitia semper ei co-
mes est, diuinæ legis vindex, si quid
sanctionum eius prætermissum est.*

Hermes Cap. 4. Poemandr. Mōras οὐ
νί ἀρχή, η πάντα σειθμὸν ἐμπειρέχει, τῶο' μη-
δεὶς ἐμωρεῖχομέν, η πάντα σειθμὸν γένεται
τῶο' μηδεὶς γένεται μόνον μέντοι σειθμός. Monas igitur
principium est, & omnem numerum compleatit, cum à nullo conti-
natur, & omnem numerum gignit,
cum à nullo gignatur.

Arnobius Deum fundamentum cunctorum, quæcunque sunt esse ait.
Orpheus, — φίλη πάντων πάντων τε γένεθλιον.
Marius victor in Genesin.

*Omnipotens, quem nec sensu comprehendere fas est,
Et nescire ne fas, per quem sumus atque mouemur,
Tu mens, & sanctæ penitus substantia mentis,
Tutatio, & plenæ prudens rationis origo,
Tu vita, & genitor vitæ, lucisque profundæ.*

Eundem infinitum vocat Arnobius,
quia quicquid finitum est, ab alio de-
finitum est. Prima causa non potuit ab
alio definiri, sibi autem ipsa cur ter-
minos statueret? Nazianzenus de Pas-
chate. Essentiæ mare est infinitum,
quod sola mente delineari potest, non

ex ijs quæ in ipso Deo sunt, sed ex effectis, & ijs quæ circa ipsum. Ideo finitus hominis animus, hanc infinitatem non capit, sed capitur. Πέλαγος
 θύιας ἀπεισην, καὶ ἀδεισον, τῷ μόνῳ σπιαζεαφύ-
 μον, λαν ἀμυδρῶς, ἐκ τοῦ τῷ πετρᾷ, ἀντὸν
 ἀλλ' ἐκ τῷ τοῖς ἀντόν. Epiphanius in An-
 chorato. Οὐρανὸς τὴν θάλασσαν ἐκ μέρες
 πνὸς ὄρες καὶ ἀληθεύομεν τὸν τῷ ἑωρακέναι, καὶν δὲ
 τις εἴποι ὅτι ἐκ ἑωρακεν, ἀληθένει. Οὐκ ὅιδε
 γὰρ τὸν ὄγκον, κύπε, βάθος. Videmus mare
 ex aliqua parte montis, & vere vide-
 mus, vere vidisse nos profitemur, &
 tamen si quis se vidisse negauerit, ve-
 rum est. Neque enim nouit tumorem,
 altitudinem, profundum maris, & ex
 foramine videmus hominē, eius pro-
 ceritatem, aut molem non videmus,
 ita & prophetæ, per foramē angustum
 sui corporis Deum viderunt, & verum
 fuit quod viderunt. Καὶ διότοις ὅπης πνος
 ὁρανὸς ἀνθεφπον, τὴν δὲ ἔκτασιν ἐκ δηισάμενα,
 καὶν εἴποι τις εἴδον, εἶδεν, ἐκ εἴδον, ἐκ εἶδεν,
 οὐδὲ καὶ οἱ περιπτῶμαί ὡς δι' ὅπης τῷ σειωπῷ τῷ

ιδία σώματος κατηξιωθεσαν ιδεῖν, ἐπὶ αλήθειαν
ἴδον. Damascen. l. 1. c. 3. vniuersum
in se ipso habet esse, veluti quoddam
infinitum, & interminum substantia-
rum pelagus. Οὐλην γὰρ τὸν εἰαυτῷ συλλαβὼν
ἔχει τὸ εἶναι οὐσίαν πέλασμας οὐσίας ἀποιεγν, ἐ^π
αόρεισον.

Idem ingenitus, ait Arnobius. ARNO-
TImæus locrus in Physico. Μία ἀρχὴ BIVS.
πάντων τῆς ἀγέρνητος. Εἰ γὰρ ἔχει, ἐκ τοῦ τοῦ
ἐπι ἀρχὴ, ἀλλ᾽ ἐκείνα τοῦτο τὸν ἀρχὴν ἔχει.
Vnum principium est omnium ingenii.
tum. Si enim genitum esset, non esset
principium, sed id unde genitum
esset. Lactantius lib. 1. cap. 7. ex
oraculo.

Αὐτοφύης ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀσυφέλικτος.
Τέλος Θεός, μηχανὴ δὲ Θεῶν μέρεις ἀγγελοι τομεῖς.
Per se existens, à nemine doctus, ma-
tre carens, immobilis, hoc Deus est,
parua autem non sumus Dei pars An-
geli. Parmenides,

Πολλὰ μάλ’ ως ἀγέρνητον ἔδω, καὶ ἀνώλεθερόν τε τοῦτο;
Οὐλην, μενογένες τοῦτο ἀγρεμένες, ἢνδρος ἀγέρνητοι.

Multa valde ut ingenitus, & immortalis Deus existens, perfectus, & totus in se vnigenitus, quietus & ingenitus.

Euripides. Σὲ τὸν ἀνθροῦ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
ῥόμβῳ πάνταν φύσιν ὑμπλέξαντα. Te per te ipsum existentem, qui omnium natu-
ram in æthereo turbine complexus es.

ARNO- Idem immortalis. Aristot. l. 2. de
BIVS. Cœlo cap. 3. Dei efficacitas est im-
mortalitas, quæ est vita æterna. Θε-
ῖνέργεια, αὐθικασία τῷ δὲ θεῷ ζωὴ αἰώνιος.
Orpheus — μόνον δὲ ἐνόργη κόσμῳ ἀναγε-
Αἴθαντον.

Vnum autem intuere mundi rectorem
immortalem. Aristo. lib. II. Meta-
phys. cap. 7. Essentia quædam est im-
mortalis, separata ab omnibus quæ
sensu percipiuntur, indiuisa, partibus
carens, quæ neque pati, neque mutari,
aut variè affici potest. Οὐ ποὺς σοία πο-
τίσιος, αὐτίνης, πεχωεισμένη τῷ αἰθητῶν, αὐτε-
ρῆς, αὐτιάριτης, απαθής, αναλλόιωτης. Immor-
tal is est Deus quia vita est: vita autem

morti contraria. Ω̄σε αἰδος ἀν διαγράφει τὸν σέαρος. Εἴσι τίνυν τι. Καὶ δὲ κατεῖ. Εἶπε δὲ τὸ κατέρρευον, Καὶ κατεῖ, μέσον τίνυν έξι τι, δὲ κατέρρευον κατεῖ, αἰδον, καὶ σοία, καὶ τὸ πρώτηα θόα. Quare æternum est primum cœlum. Est igitur aliquid quod mouet. Cum igitur id quod mouetur & mouet medium sit, est etiam aliquid, quod non motum mouet, quod æternum, substantia & actus est. Sic quod concupisci, & intelligi potest non motum mouet. Dionysi. Areopagit. pag. 269. Η' ζωὴν διώνος, οὐκέτις οὐκέτις, Καὶ πᾶσα ζωὴ, Καὶ οὐχ οὐκέτις, εἰς πάντα τὰ οπωροῦ ζωῆς μετέχοντες τὸ ζῆν οἰνέως ἐνέσθω διαστέπεται. Vita æterna Deus, unde & vita ipsa per se existens ipse est, & omnis vita, & à qua in omnia quæ vivunt, ipsum vivere accommodatè ad vniuerscuiusque naturam disseminatur. Basilius. Quantum à vita recessit Adam, tantum ad mortem accessit, vitaenim Deus, priuatio verò vitæ mors. Itaque mortem Adam eo ipso quod à Deo recessit sibi

conciliauit. Οὐσια φίσαι τῆς ζωῆς ὁ Αἰδάνος,
τοσπειρονήγιστε πέμπειν αὐτῷ. Ζωὴ γὰρ ὁ Θεὸς, σερπί-
σις δὲ ζωῆς ὁ θάνατος. Ωσε τὸν θάνατον ὁ
Αἰδάνος, διὰ τῆς ἀναχωρίσεως διπο' Θεῖον ἔχειν
κατεσκένευσεν. Arist.l. 12. metaphy. c. 7.
Si igitur Deus benè se semper habet,
ut nos aliquando, Deus semper est
aliquid admirandum. Si autem melius
habet, adhuc magis est admirabilis.
Εἰ οὖν ὄντως δῆλον ἔχει, ως ἡμεῖς ποτε, ὁ Θεὸς ἀεὶ¹
θαύμασον, εἰδὼς μάλλον, ἐπι θαυμασιώτερον.
Item lib. 2. de Cœlo. Εἴκασόν ἔστιν, ὡς
ἔργον ὅστιν, ἐνεκά τε ἔργον. Θεῖον δὲ κνέργεια αἰδα-
νασία. Τέπο δὲ ὅστις ζωὴ αἰδίος. Vnum quod-
que ex ijs, quorum est opus aliquid,
ipſius operis gratia est. Dei operatio
est immortalitas, quæ est perpetua vita.
Et lib. 11. cap. 7. Ita autem se habet,
& vita est. Efficientia enim mentis est
vita, ille autem mentis efficientia est,
quæ vita est optima & immortalis.
Εἴχει δὲ ωδε, καὶ ζωὴ δὲ ὑπάρχει, οὐ γὰρ τε κνέρ-
γεια ζωὴ. Εἰκεῖνος δὲ κνέργεια, κνέργεια δὲ οὐ
καθ' ἀυτὴν, κνείνει ζωὴ αἰδίσης & αἰδίος. Φαίνεται

δὲ τὸν Θεὸν εἶρας ζῶν αἰδον ἀεισον. Ω̄σε ζωή,
Ἐ αἰών συνεχῆς, Ἐ αἰδος ὑπάρχει τῷ Θεῷ.
Τέτο γέ ὁ Θεός. Actus verò, & efficien-
tia per se, illius vita optima & perpe-
tua est. Dicimus itaque Deum sem-
piternum, optimūmque vivens esse.
Quare vita, & æuum continuum, &
& æternum Deo inest. Hoc enim est
Deus. Ostensum est autem, quod hæc
substantia nullam magnitudinem ha-
bere potest, verum impartibilis, &
indivisibilis est. Nam infinito tempo-
re mouet. Nihil verò finitum vim infi-
nitam habet. Finita autem nulla est
magnitudo. Dio, Pompeio. Τῷ μὲν
ἀλλωτ, Θεῶν ἐδίνα πημῶι, ἕνα δέ πναὶ χνεῦσ
σεβεστ. Οὐδὲ ἀγαλμα ἐδίνει ἐπ' ἀνθρίς ποτε τοῖς
ἱεροσολύμοις ἔχον. Αὐτοῖς δὲ Εἰδὼν ἀντὸς
τομίζοντες εἶραν. Iudei aliorum Deorum
neminem colunt, sed unum quendam
impense venerantur. Neque simula-
crum ullum unquam Hierosolymis
habuerunt, quia putant eum ineffabi-

lem, & inaspectabilem Ausonius in Ephemeride.

*Omnipotens solo mentis mihi cognite cultu,
Ignorate malis, & nulli ignote piorum
Principio extremoque carens, antiquior ævo
Quod fuit aut veniet; cuius formamq; modumque
Nec mens complecti poterit, nec lingua profari.*

Idyllio primo.

*Magne pater rerum, cui terra, & pontus, & aëris,
Tartarique, & piëti seruit plaga lacaea cœli.
Tu brevis hunc æui cursum, celeremque caduce
Finem animæ donas æternæ munere vitæ.*

ARNO- Arnobius, idem perpetuus. Apud Pau-
BIUS. saniam columbae Dodonææ canunt.
Ζεὺς ἦν, Ζεὺς δέσι, Ζεὺς ταύτης, ω μέγαλε Ζεύς.
Iuppiter erat, Iupiter est, Iupiter erit,
o magne Iuppiter. In templis Aegy-
ptiorum hæc verba incisa, τὸ γενορός, νομή^{δη}, καὶ εἰσόμενος. Quod fuit, quod est, quod
erit. Marius victor lib. 2.

*Secula despiciens, & quicquid tempora voluunt
Regnum erat ipse suum, regni nec teste carebat
Virtus trina Deus.*

ARNO- Arnobius, idem solus. Boëtius.
BIUS.

*Quem quia respicit omnia solus
Verum possis dicere solens.*

Arnobius lib. 3. Possumus interim dicere, ad cultum diuinitatis obeundū, satis est nobis Deus primus, Deus inquam primus, pater rerum, ac dominus constitutor moderatörque cunctorum, in hoc omne quod colendum est colimus, quod adorari conuenit adoramus, quod obsequium venerationis exposcit venerationibus promeremur. Cum enim diuinitatis ipsius teneamus caput, à quo ipsa diuinitas diuinorum omnium quæcunque sunt dicitur. lib. 1. Deum principem rerum cunctarum quæcunque sunt dominum, summitatem omnium summorum obtinentem adorare. Philolaus apud Athenagoram. Μονὰς οὐ τῷ μεγίστῳ τῷ δευτερῷ ὑπερέχει. Monas est excessus maximi numeri: quia ut Aristot. cap. 8. Metaphys. lib. 12. Οὐσία δευτερῶν πολλῶν, ὥλην ἔχει, εἴς γὰς λόγος, καὶ ὁ ἀντὸς πολλῶν, οἵον αὐθεόπις. Σωκράτης δὲ εἰς. Τὸ δὲ οὐ τὴν εἶναι ἐκ ἔχει ὥλην τὸ φεύγον.

ἐντελέχεια γὰρ ἐν μὲν , καὶ λόγῳ ἐστιθεῖται , τὸ
ωφῆτον πινοῦν ἀκίνητον δέν . Quæ numero
multa sunt , è materia constant vna
enim ratio & eadem multorum , ut ho-
minis , Socrates vnuis . Essentia autem
definitione expressa materia primum
caret . Perfectio enim res vna est ratio-
ne , & numero , primum scilicet mo-
uens , immobile . Cyprianus lib . quod
Idola non sint Dij . Plato vnum Deum
ponit , cæteros Angelos & Dæmones .
Hermes quoque vnum Deum loqui-
tur , neque enim illâ sublimitas potest
habere consortem , cum sola omnem
teneat potestatem . Rex vnuis in api-
bus , dux vnuis in gregibus , in armen-
tis rector vnuis . Damascen . lib . 2 . Ei
Θεοὶ πολλοί , δύσφοροι δὲ τοῖς πολλοῖς ὅστι . Ei γὰρ
ἀδεμία δύσφοροι , εἰς δέστι . Ei δύσφοροι , πάντι τε-
λεότατος . Si multi Dij , differunt inter se
multi . Nam si non differunt , non sunt
plures , sed vnuis . Si differunt vbi est
perfectio ? Alius alio perfectior . Ηδὲ

ἐγένετο τάπατα, Ταύτων. Vbi est identitas per
 omnia, vnum est. Aristot. lib. de mun-
 do, vetus sermo est, ὡς ἐν Θεῖ τὰ πάντα,
 καὶ ἐγένετο θεῖον οὐρανόν, ἀδεμία δὲ φύσις
 αὐτῷ καθ' εαυτῷ ἀνταρκτίς, ἐρημαθεῖσα τῆς ἐν
 τέττας στοιχείας. cap. 6. Quod omnia no-
 bis ex Deo, & per Deum constant.
 Nulla autem natura ipsa per seipsam
 sufficit, derelicta à Dei conserua-
 tione. Ideo & ex veteribus quidam dixe-
 runt, quod hæc omnia Deo plena
 sunt, ut incurunt in oculos, & aures, &
 reliquos sensus eorum spectra, &c.
 Etenim cunctorum quæ rerum natura
 compleetitur, cum seruator est Deus,
 tum verò quæcunque in hoc mundo
 quoquo modo fiunt eorum omnium
 genitor est, non ita tamen ut cæteri
 opifices, labore affici possit. Δυνάμεις
 χρώματος ἀρρύτω, οὐκ ἵνα καὶ τῷ πόρρῳ δουέντων
 εἶναι πειράτες. Qui vtatur virtute in-
 uitata, per quam & ijs superior est quæ
 longissime esse videntur. Ideò supre-

mam & primam mundi sedem sortitus,
hypatus quasi supremus dicitur, & in
summo culmine vniuersi positus. Item
lib. 12. Metaphys. sub finem, τὰ δὲ ὄντα
δια βέλεται πολιτεύεσθαι κακῶς. Ea quæ sunt
malè gubernari nolunt.

Οὐκ ἀγαθὸν ποληποιεῖν εἰς νότιον οὐκέτο. Multorum imperium bonum non est, vnuis esto Rex. cap. 6. l. 9. Physicor. Αἰράγειν εἴναι τὸ ἐν, καὶ αἰδον τὸ πεφτον κίνοῦν. Αἰράγειν γὰρ ἀεὶ κίνησιν εἴναι, καὶ σωματικὴ γοῦν. Εἰ σωματικής, μία. Τὸ δὲ ἀκίνητον, ἀτε ἀπλῶς, καὶ ωστάτης, καὶ τὸ ἀντώνιον διχρυσόν, μίαν, καὶ ἀπλῆν κίνησιν κίνησιν. Necesse est vnum aliquid esse æternum, & primum mouens. Necesse enim est motionem esse, continuam igitur. Si autem continua, vna. Quod immobile est, tanquam simpliciter, & eodem modo, & & in seipso manens vnam & simplicem motionem mouebit. Xenophon. lib. 1. de dictis & factis Socratis. Τοῖς μὲν δοκεῖν τὸ μόνον τὸ ὄν εἴναι, τοῖς δὲ ἀπειρά, τὸ πλῆθος. Quibusdam videtur vnum solum ens esse

esse, alijs infinita multitudine. Apud Eusebium Orpheus præparat. Euangelic. lib. 13. — ἐν καθάπος, εἰς δάιμων γέγονεν. Vna virtus, vnum Dæmon est.

Αὐρητὸν, ἀθανάτον, ῥητὸν μόνον ἀθανάτοισι
Εἶλθε μέγιστο Οἰων πάντεν, κατετῆσθεν αἴναΓκη,
Φευκτὸς, ἀπῆτητος, μέγιας ἀφθιτος, ὃν σεφανοῖ
αἰδήρ.

Immortalis, corruptionis expers, qui tantum dici potes ab immortalibus, veni maxime Deorum omnium cum forti necessitate, terribilis, invictus, magnus, immortalis quem coronat æther. Item — ἐσὶ δὲ πάντῃ

Αὐτὸς ἐπιχείριος, καὶ ἐπίχειρι πάντα τελέσται.

Αρχὴν ἀντὸς ἔχων ἀμαρτία μέσον, ἵδε τελέσται.

Est autem ubique ipse cœlestis, & in terra omnia finit. habens ipse medium, principium & finem. Xenophanes Colophon. Εἷς Θεὸς ἐντεθεῖσις, ἐ^ανθεφόποιοι μέγιστοι.

Οὐπὶ δέμας θυντοῖσιν ὅμοιος τούτος, οὐδὲ τόπος.

Vnus est Deus Deorum & hominum maximus, neque corpore, neque men-

te mortalibus similis. Idem reddit causam cur homines Deum humana forma exprimant, aitque, boues & leones si pingere, & opera fingere quæ homines possent, deorum formas efficerent, qualia ipsi corpora habent.

Aλλ' εἰχεῖες ἔχον θόες, οὐ λέοντες, οὐ γείρας
γείρασι, οὐ ἔργα τελεῖς, ἀπερ ἄνδρες, οὐ πόποι μὲν
θ' οὐ πόποισι, θόες δέ τε βεστιν ὁμόιες, καὶ οὐ
Θεῶν ιδεας ἔγραφους, Καὶ σώματα ἐποίειν τοιαῦτα,
οἷον περ φύσιοι δέμας εἶχον. Thearidas lib.
de natura, Οὐ Θεὸς ἀ ἀρχὴ τῆς ὄντων. Αὕτη
μὲν, ὄντως ἀληθινὰ μία. Κείνα γὰρ εἰ αρχὴ τῶν
ὄντων, οὐ καὶ μόνον. Deus est principium
eorum quæ sunt. Verum quidem principium unum, ista enim sunt in prin-
cipio, unum & solum. Orpheus

— εἰδέ περιστοιχεῖος μεγάλης βασιλῆος.
Neque enim est ullus aliis, nisi mag-
nus Rex. Diphilus Comicus.

Τέτον δέ τέλες πίμα μόνον ἀγαθῶν
τοστῶν σύρεται, Καὶ καίσοε.

Hunc perpetuo honora solum bono-
rum tantorum inuentorem & condi-

torem. Pythagoras, ut in catena annulus qui summus & primus est, unus est. Si enim plures sunt annuli summi, & primi, nullus summus, & primus. Ex ijs cogitari potest. ita Deus summus & primus, est unus.

ARNO-
BIVS.

Quem nulla delineat forma corpo-
ralis. Æschylus

Xωειζε Θυητον τὸν Θεὸν, καὶ μὴ δοκεῖ
Οὐμοιον σαυτῷ σαρκινὸν, μαθεσάντα.

Separat Deum à mortalibus, neque exi-
stima Deum similem tibi, carne con-
stare. Hieronymus in Psal. 43. Deus
enim totus oculus est, totus est pes,
quia omnia videt, ubique adest. Ri-
diculi igitur Anthropomorphitæ, qui
sine corpore Deum, neque videre, ne-
que loqui, neque audire putabant.
Melius igitur quos hominum specie Deos
effingere, vel imagines, ac simulacra
ponere noluisse ostendimus. Mercur-
rius ad Tatium. Θεὸν μὲν τοῦτον μαλεπον,
φέρον δὲ ἀδύτατον. Τὰ γὰρ ἀσέματον σώματα

σπουδῆναι ἀδύνατον, καὶ τὸ πέλειον τῷ ἀτελεῖ κατα-
 λαβέσθαι καὶ μύραζεν, Καὶ τὸ αἴσιον τῷ ὄλιγοχεονίῳ
 συγγένεσθαι μύσκολον. τὸ μὲν γὰρ αἷς ἔστι, τὸ δὲ
 παρέρχεται. καὶ τὸ μὲν ἀληθεῖαν ἔστι, τὸ δὲ ψεῦτον
 φαντασίας σπιάζεται. Οὐ φαλμοῖς μὲν τὰ σώμα-
 τα θεατὰ, γλώσσῃ δὲ τὰ δεκτὰ λεκτὰ, τὸ δὲ
 ἀσώματον, Καὶ αἱφανὲς, Καὶ ἀχηναπτόν, Καὶ μητέ
 δέ οὐλης ψωγήμενον, Ταῦτα τὴν ἴμετέρην αἰσθή-
 σεων κατεληφθῆναι καὶ μύραται, ἐνοεῖναι δέ τοι εἰ-
 πειν καὶ μύρατεν. Τέτοιος ἡ Θεός. Deum in-
 telligere difficile, dicere nemo potis
 est. Quod enim corpore caret, per
 corpus significare non possumus, nec
 perfectū comprehendere per id quod
 imperfectum est, & æternum simul esse
 cum momentario ac temporaneo ar-
 dum. Illud semper est, hoc præterit.
 Illud est veritas, hoc cogitatione
 adumbratur. Oculis cerni possunt
 corpora, quæ cernuntur, lingua enun-
 tiari possunt: quod est incorporeum,
 inaspicuum, figura carens, materiæ
 expers, nequit à nobis sensu percipi.
 Cogito Tati, & animo concipio quod

dici non potest. Hoc Deus est. Eusebius ad hæc verba Homeri,

Tίπε με πύλεος ὃν ποσὶν Ταχέας διώκειε
 Αὐτὸς Θητὸς ἐών θεὸν ἀμβεγέν, οὐδὲ νυ πώ με
 Εγὼς, ὡς θεός εἰμι.
 Οὐκ ἀλωτόν γὰρ εἶναι Θητῷ, οὐδὲ κατάλιπτον
 τὸ θεῖον, οὐτε ποσὶν, οὐτε χερσὶν, οὐτε δραματοῖς;
 οὐδὲ δλῶς τῷ σώμαπ διδύλων. Cur me
 Pelei fili persequeris cito pede, ipse
 mortalis existens, Deum immortalem
 non me Deum esse nosti? Deum non
 posse ab homine capi & comprehendendi
 neque pedibus, neque manibus, ne-
 que oculis, neque omnino corpore
 ostendit. Damascenus l. 1. cap. 4. in
 id Isaiæ, cœlum & terram ego impleo,
 ἀδύνατον σῶμα σὺν σωμάτον διῆκειν, μὴ τεμνό-
 μνον, καὶ πλεκόμνον, ὥσπερ δοα τὴν ἴγεῳ
 μήγνυται. Εἰ δὲ ἀϋλον σῶμα, τίς ὁ τῷ σε κινῶν
 Πᾶν γὰρ κινέμνον, οὐ φ' ἐπέρε πινεῖται, Καὶ τόπῳ
 θεὶ μεταπτόν δῖτι. Λιδοὶ δὲ οἱ Θεοὶ, ασώματοι δὲ
 ἀκίνητοι. Non potis est corpus per cor-
 pora transire, non scindens, & scissum,
 & implicitum, ut humida quæ miscet-

tur. Si autem corpus materia caret, quis illud mouet? Quicquid enim mouetur, ab alio mouetur, & loco circumscribitur. Ideo Deus incorpo-reus est, & immobilis. Eius rei causam affert Hermes cap. 12. Pœmandri. Quia omnis anima corpore deuincta dolore, & voluptate afficitur, corporis enim concreti quasi vapores feruent, ira & voluptas, in quas anima cum se induit obruitur. Quod à Deo alienum. Ψυχὴ γὰρ πᾶσα ἐν σώμασι ψυχομένη, οὐδέποτε τῆς λύπης, Καὶ τῆς ἡδονῆς κακίζεται. Σώμασις γὰρ συνθέτης ὁ σπερ χυμοὶ ζέσσει. Ητε λύπη Καὶ ἡδονὴ, εἰς ἀς ἐμβάσσει ἢ φυχὴ βαπτίζεται. Arist. cap. 9. lib. 12. Metaphys. Deum mentem esse probat. Αὐλόγη εἴ τε νῦν ἡ φύσια αὐτοῖς εἴτε νόησίς ἔστι, πάντας; ή γὰρ αὐτὸς αὐτὸν ηὔτερόν π. Δῆλογη τοίνυν δηποτε δειότατον, Καὶ πρωταρτον νοεῖ, καὶ ἡ μεταβάλλει. Εἰς χειρεν γὰρ η μεταβολὴ καὶ η κίνησίς πις ἡδη τοιότερον. Siue intellectus est eius essentia, siue intellectio, quid intelligit? Aut enim seipse intelligit, aut aliud.

Tertium est id intelligere, quod maxime diuinum, ac pretiosum est, nec mutare. Mutatio enim est in deterius. lib. II. cap. 9. ostendit Deum cum infinitus sit, corporeum non esse. οὐλως
 γέ αἰδηναρον, ἀπειρον εἶναι σῶμα, καὶ τόπον
 τοῖς σώμασι. Omnino impossibile est infinitum esse corpus, & locum corporibus. Plutarch. de placitis Philosophorum Stoici aiunt Deum esse πνεῦμα
 πορεγὸν καὶ πνεῦματος, τὸν ἔχειν δὲ μόρφον, μετα-
 βάλλον δὲ εἰς ἄβελετα. Deum esse spiritum intelligentem ignitum qui formam non habet, & mutetur in ea quæ vult. Homerus de Pallade Odyss. 6.

— — — θύεται δὲ ἐπέκειν το φαειναὶ

Η δὲ αὔρευς ως πνοία ἐπέδυτο δέμυια κέρπε.

Ianuae spendetes clausæ erant. Ipsa autem ut ventus ingressa est in lectum puellæ. Aristot. lib. 7. de Moribus. Εἶπεν εἰ ταὶ οὐ φύσις ἀπλῆι εἴη, αἰτὶ οὐ αὐτὴ τερ-
 ξεις οὐδὲν ἔσαι. Διὰ δὲ Θεὸς αἱ μίαν καὶ ἀπλῆν
 χαίρει οὐδὲν. Οὐ γέ μόνον κινήσεώς θετιν ἐνέρ-
 γεια, ἀλλὰ καὶ ἀκινησίας. Nam si cuius

natura simplex sit, eadem actio semper erit iucundissima. Itaque semper una & simplici voluptate Deus potitur. Non enim motionis tatum efficientia est aliqua, sed etiam quietis. Idem lib. II. cap. 8. Metaphys. Ή μὴ τὸ ἀρχῆς
η τὸ ὕψος ὅντας αὐτὸν, η τὸ ἀντί, η
τὸ συμβεβηκός. Κινήσις δὲ τὸν ὕψον, η αἰδος
ἢ μίαν κίνησιν. Principium enim ac primum entium, tum per se, tum per accidens immobile est. Mouens autem primo, sempiterno & uno motu. Cum verò quod mouetur necesse sit ab aliquo moueri, primūmque mouens immobile per se esse, ac motum æternum ab æterno moueri, & unum ab uno &c. Ex eo sequitur cum natura Dei simplex sit, & immobilis, animam esse non corpus. Hermes cap. 5. Τὸν
μὴ λεπτομερέσατον αἴρε. Αἴρεται δὲ ψυχή, ψυχής δὲ
νύξ, νύξ δὲ ὁ Θεός. Materiæ quod est maximè tenuium partium est aëris, aëris anima, animæ mens, mentis autem

Deus. Cic. I. Tuscul. Deum esse mentem solutam quandam, ac liberam, & segregatam ab omni concretione mortali, omnia sentientem, & mouentem ipsamque praeditam motu sempiterno. Herodot. lib. I. Αγάλματα τοις
νησὶς, καὶ βωμάσι, ἐκ τούτω ποιουνται ιδρύεσθαι
ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῖσι μωαίσι τηπέρερποι, διπλαὶς
αὐθεφποειδέας ἐνόμισαν τὰς Θεάς οἱ Πέρσαι.

Simulacra, Persæ templa, aras non solent ponere, & fatuos existimant eos qui id faciunt, quia Deos humana forma esse non putant. Vide Cedrenum pag. 68. Athenagoram Apologia pro Christianis, Minutium Felicem. Lucan. lib. 10. Iustinum Apologia. 2. Tacitus de moribus Germanorum. Germani Deos immensos arbitrabantur, itaque nec parietibus eos, nec humana forma fingeabant.

Nulla determinat circumscriptio. ARNOB.
Augustinus l. 5. de Trinitate cap. I. BIVS^d
Intelligamus Deum si possumus, quā-

tum possumus, siue qualitate bonum,
siue quantitate maximum, siue intelligentia creatorem, siue situ presentem,
siue habitu omnia continentem, siue
loco ubique totum, siue tempore sem-
piternum, siue uilla sui mutatione mu-
tabilia facientem, nihilque patientem.

ARNO- Qualitatis expers ac quantitatis,
BIVS. siue situ, motu, & habitu.

Ita August. Sermone 1. de verbis
Apostoli. Quid nisi inæstimabilis,
ineffabilis, incomprehensibilis, ultra
omnia, si quæras magnitudinem, ma-
ior est, si pulcritudinem, pulcrior, si
dulcedinem, dulcior. lib. de speculo
cap. 33. Deus supra quem nihil, extra
quem nihil, infra quem nihil. Deus
sub quo totum, cum quo totum, in
quo totum. Aristot. l. 9. Metaphys.
cap. 5. sine motu esse ait. Ε'πει δὲ ὁ φωνὴς
τὸ ἔχατον δὲ κινεῖται μηδὲ πύραται, κινήσεως δὲ
εἰρχήν τὸν ἔχειν, οὐ δὲ κινεῖται μηδὲ, ἵπ' ἀλλὰ δὲ
αἰραγμάτοις καὶ τὸ τείχον εἴρεται δὲ κινεῖται.

Quoniam videmus ultimum , quod moueri potest , nec habet motionis principium , aliud quod mouetur sed ab alio , necesse est tertium esse quod immotum moueat . Iarchas ei dat situm & sedem apud Philostratum l. 3 . in mundo ut in naue , τὴν μὲν περιποτήν τὴν τελειοτάτην ἔσθραν διποδόντον Θεῷ γῆμέν εε τὸ δὲ τὸ ζών . Primam & perfectissimam sedem reddendam Dei genitori huius animalis , quem mundum vocamus . Genitorem eum apud eundem l. 8 . Ägyptij esse aiunt , τῆς μὲν τῆς ὄλων γῆμέσως , καὶ σοίας Θεὸν δημιουργὸν . Τὸ δὲ οὐδυνηθῆται ταῦτα , αἴποι τὸ ἀγαθὸν εἶναι αὐτός . Deum opificem esse generationis , & substantiæ rerum omnium . Quod ipse talia producere cogitauerit , bonitas eius in causa est . Ita autem in molitione rerum Deus versatus est , ut nullo labore , arbitratu suo quia mens simplex est , auctusque purus omnia sine manibus & ferramentis architectatus

sit. Quare apud Arist. l. 9. Metaphys. cap. 5. Anaxagoras ὄρθως λέγει τὸν νῦν ἀπαθῆ, Καὶ αὐτοῦ εἶναι, ἐπειδὴ πέρ κυνίστως ἀρχὴν ποιεῖ ἀντόν. Anaxagoras, inquit Aristoteles, rectè ait mentem pati non posse, aut misceri, quia ei motionis principium tribuit. Cum igitur sit mens, qualitatis, & quantitatis est expers. Hermes cap. 2. Pœmandr. Οὐ Θεὸς νοέσει λόγος, οὐδὲ ὅλος ἔσαντὸν ἐπιπελέχων, ἐλαύπερος σώματος πάντος, ἀπλανῆς αὐτοφύης, αὐτὸς ἔσαντος ἔστος, χωριστὸς τῷ πάντων, ηγετήσιος τῷ ἔντελον, ἐπερ ἀκτίνες εἶσι τὸ ἀγαθὸν Καὶ αἱθύεις
Deus mens, ratio, ex toto seipsum circumpleteens, à corpore liber, omni errore solutus, intactus, ipse subsistens seipso, omnia continens, seruans ea quæ sunt, cuius radij sunt veritas & bonum.

ARNO. BIVS. Aïnobiüs, quo nihil dici, & exprimi mortalium potis est significatione verborum. Ambrosius libro de fide contra Arianos cap. 6. Certè hic est

de quo cùm dicitur non potest dici,
cùm æstimatur non potest æstimari,
cùm comparatur non potest compa-
rari, cùm definitur, ipsa suæ definitio-
ne crescit. Dionys. Areopap. pag 246.
Τὸν τὰν παρόντα, καὶ ἐπ πάστον διευκόλυντον,
ἀκατέληπτον, ἀνεξίχνιαστον. Eum qui omni-
bus præsens est, qui ex omnibus inue-
nitur, incomprehensum, qui non po-
test inuestigari. Plato in Timæo. Θεὸς
ἀσώματος ἀρρήτος, αὐτούμοτος. Deus incor-
poreus ineffabilis, nomine carens.
Hermes. Οὐδὲ θεὸς εἴς οὐρανοὺς καὶ θερ-
μέτερα, εἴτε γὰρ αὐτὸν μεταβάλλεται σωπῆ
φωνέμος. Deus cum unus sit nomine
non indiget. Quia nominari aut dici
nequit silentio solo dicendus.

Arnobius, qui ut intelligaris tacen- ARNO-
dum est, atque ut per umbram te possit bivs.
erans inuestigare suspicio, nihil est
omnino mutiendum. Nazianze. Να
μένω οὐαγεαφθύμος. Sola mente velut
per umbram delineatur. Idem pri-

mo Theolog. Ωσπερ αὶ νοῦτον
ἵλις σπιά, καὶ εἰνόνες ταῖς σαφεῖς ὄψεοι
ωδεῖκνυσαν τὸν ἥλιον, ἐπεὶ μὴ ἀντὸν περ-
βλέπειν δίόν τε τῷ ἀκραγονεῖ τῷ φῶτος νηῶνται
τὸν αἰθναν. Ut solis umbræ in aqua, &
imagines oculis languentibus ostendentes solem, quoniam videri nequit,
cum puritate & sinceritate luminis
sensum vincat. Ita nos Dei opera cir-
cumspicimus, cum Deum ipsum con-
tra intueri non possumus. Martianus
Capella vocat Deum ἀγέαματον qui
nullis litteris designari possit. Oracu-
lum Apollinis Delphici. ἀρρητὸν γε λόγῳ
πάντι τὸ ὑπὲρ λόγου ἀγαδόν. Nulla oratio-
ne dici potest bonum, quod est supra
rationem. Herodotus l. 2. Dij à Pe-
lasgis nullis cognominibus coleban-
tur. Xenoph. epist. ad Æsch. Οὐ μὴ
τὰ Θεῖα ἵπερ ἡμῶν πάντι δῆλον. Αἴποχεν δὲ τὸ
χρεῖττον τῆς θυνάμεως αὐτὸς σέβειν. Εἰ δέ εἰσιν,
ὅτε δύρειν ράδιον, ὅτε ζητεῖν θεμυτόν. Clarum
est quod diuina sunt supra nos. Suffi-
cit colere summum virtutis eius. An-

autem Dij sint neque facile est iuueneri, neque fas quærere. Imò omnia Deum esse loquuntur.

D E D E O.

ARNO-
BIVS.

C A P. II.



R N O B I I verba sunt. Non est mirum si ignoraris, maioris est admirationis si sciaris. Ignoratur Deus de quo omnia loquuntur. Quid sit Deus ignoratur, Deum esse ignorari non potest. Ut enim Maximus Tyrius Sermo. i. docet. Deum esse omnes sciunt, & cum in alijs omnibus inter se dissentiant, in uno consentiunt, Deum esse. Ideo nulla gens, quæ Deos non habuerit. Persæ fluuios coluere, Arabes informem lapidem, Scythæ acinacem, ramum Prognes Thespij, lignum indolatum Carij, pro Diana Pessinuntij silicem. Romani hastam

pro Marte, puteum Samij pro Iunone.
 Ægyptij Ibes, feles, cepe ut Arnobius
 lib. 6. Naturæ verba sunt, Deus videt,
 Deus mihi reddet, Deo commendo
 ait Tertullian. in Apolog. quo perti-
 net illud Orphei.

Πάντες φορέται, καὶ πάντες ἐπακρέεις, πάντα ταῦτα θεατέεις.

Omnia intueris, omnia audis, omnia
 rependis, & iudicas. Nazianze. 2.
 Theolog. Et enim quod Deus sit ac
 princeps quædam causa, quæ res om-
 nes crearit, atque conseruet, tum oculi
 ipsi, tum lex naturalis docet. Illi dum
 rebus sub aspectum cadentibus aciem
 affigunt, hæc autem, dum per res ocu-
 lis subiectas, ac recto ordine colloca-
 tas auctorem eorum conjectura colli-
 git. Quare ut Atheos cæcos esse ostend-
 erent Ægyptij, oculum sub calceo
 posuerunt, ait Orus in Hieroglyph.
 Damascenus scitè ut omnia, lib. 1. de
 fide cap. 3. Πάντα τὰ αἰδητὰ τρεπτά, διὸ καὶ
 κπαθά, διὸ καὶ τοῦ πνός εἰδημεργήθησαν, δεῖ δὲ
 τὸν

τὸν δημιουργὸν ἀκτισον. Omnia quæ sensu percipiuntur, mutabilia sunt, quare & condita, & ab opifice aliquo creata: oportet autem opificem increatum esse. Detur enim fortuitò & casu omnia existere, vt Democritus & Epicurus censuerunt, cuius est munus, vt ea quæ sunt ordinet, & conseruet. Εἴσω γένος φύεται τῇ ἀτομάτῃ, τίνος τὸ τάξα, τίνος τὸ περιστῆ καὶ φυλάξα. Deū igitur ex effectis cognoscimus, vt Dionys. cap. 7. lib. de diuinis nominibus. Αἰλιθῶς λέγομεν, ὅπεριδον ἐκ τῆς ἑαυτῆς φύσεως ἐκ τηπιγινώσκομεν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἔργων. Verè dicimus quod Deum ex ipsius natura non cognoscimus, sed ex operibus. Plutarch. Sympos. Εἰς τὴς κάλλες τῆς δλων κπισῶν, τὸ κάλλος τῆς θείας φύσεως αἰτιγινώσκεται. Ex pulcritudine vniuersi quod creatum est, pulcritudo diuinæ naturæ cognoscitur. Eusebius lib. 7. præparat. Euangelicæ, Deus ex creatis cognosci potest, vt ex domo artifex, ex panno texens. Tertullia. in

Apolo. Ideo Stoici Deum extra mundum statuunt, qui figuli modo extrinsecus torqueat molem hanc. Apuleius, Deus est quod in naui gubernator, in curru rector, in choro præcentor, dux in vrbe, imperator in exercitu. Arist. lib. de mundo c. 7. Εἰς δὲ ὡν, πολυάνυμός
θεῖ καταρωμαζόμενος τοῖς πάθεσι, ἀπερ ἀντὸς
μερχεῖ. Vnus porro Deus cum sit pluribus nominibus appellatus est, ab ijs
vtique suis omnibus affectibus, quo-
rum speciem edit. Atque eum quidem
tum zena, tum Dia vocant, vtentes no-
minibus quæ sibi inuicem respon-
deant, οὐδελλήλως γεώμενοι τοῖς ὄνομασι,
quasi dicamus per quem viuimus, οὐ
δὲ ζῶμεν. Is Saturno & crono ortus di-
citur, ab æuo sempiterno ad alterum
pertinens. Fulgorator, tonans, æthrius,
& æthereus, fulminator, imbricitor,
iēnos, à pluuijs, fulminibus & alijs.
Quin & frugipotens θηράφπος, à fru-
ctibus & vrbiū custos, natalitus,

Hercæus, genethlius, septitius, gentilius, patrius, sodalitus, amicitiae præses, hospitalis, militaris, trophæalis, expiator, Palamnæus, & sanguinarius, supplicum præses, placabilis, seruator, libertatis assertor. (Palamnæum Væjouem, aut dirum Iouem interpretor.) Cœlestis, terrestris, nomine sumpto ab omni natura & fortuna, ἀπε πάντων ἀυτὸς ἀποιος ὢν. Quasi omnium ipse causa sit. Orpheus

Ζεὺς πύθμην γαῖας τε, καὶ ψεργενῆς ἀστερογένετος,
 Ζεὺς ἄρσον γένετο, καὶ ἀμβροσίος ἐπλεπτονύμφη,
 Ζεὺς πνοήν πάντων, καὶ ἀκαμάτης πυρῆς ὄρμη,
 Ζεὺς πόντος ρίζα, Ζεὺς ἡλιος, ἵδη σελήνη,
 Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς ἀρχὸς ἀπάντων ἀρχῆγος εθνῶν;
 Πάντας γὰρ κρύψας, αὖτις φάος εἰς πολύγυρος
 Εἴξ οὐρῆς κεραδίης ἀνενέγκατο μέρμησα ρέζων.

Iuppiter est fundamentum terræ, & cæli stellati. Iuppiter mas est, & immortalis nympha. Iuppiter spiritus omnium, & ignis indefessi impetus. Iuppiter maris radix, sol & luna, Iuppiter est rex, & dux omnium, genera-

tionis principium: cum enim omnes
occultarit, rursum in lumen gratum
ex sacrocorde extulit, miranda patrās.
Puto autem nihil aliud dici necessita-
tem, quam Deum, ait Aristoteles, qua-
si essentiam immobilem existentem.
Eimarmenen & fatum, a serie rerum
conserta, *άλλη πότερη*, & inoffen-
tenore procedente. Mœram, seu for-
tem, & parcam a partitione rerum. Pe-
romenen quod omnia *πενθεταὶ* ter-
minata sunt, & nihil in rebus quæ sunt
infinitum est. Nemesin quod omnia
cuique distribuat, Adrasteian causam
inevitabilem secundum naturam. Ae-
san *αἰεὶ γενεῖ*, semper existentem. Iam
vero ex eo quod in caussis mouenti-
bus in infinitum abiri non potest, om-
nino ad primum motorem qui ipse
non moueatur deueniendum est, ut
Aristot. l. 9. Metaphy. c. 5. Deum igi-
tur ex effectis esse scimus, quid sit
ignoramus. De Deo autē temerè affir-

mare non licet: ideo Pythagoræ præceptum, Εν δεκαλιώ εἰκόνα Θεῶν μὴ περιφέρειν, non circunferendam in annulo Dei imaginem. Ægyptij quidem, vt Clemens Alexandrinus ait, ἀλλὰ τοῦτο σφίγγας ἴδουσι, Sphinges pro foribus templorum statuebant, vt ostenderent Deum capi non posse; ijdem, vt Damascius Philosophus testatur, in celebritatibus suis exclamare soliti erant cum de Deo agerent, οὐδόντος εἰναγίας τὰ πάντα, καὶ ἀγνωστον, καὶ ἀρρήντον. Caliginem esse super omnia incognitam & ineffabilem, quia homines qui de Deo loquuntur, aut cogitant, ait Epiphan. in Anchor. ijs similes, qui solis defctionem in aqua vident, solem ipsum non vident, qui è putei fundo cœlum suspiciunt, cœli quidem particulam intuentur, sed cœlum vniuersum non cernunt, qui è iugo montis mare tumidum spectant, totum mare oculis capere non possunt. Qui Gangem flu-

uium cyatho, mare nucleo includere
gestiunt, vt Gregor. Nazianze.
Theolog. I. & Posidonius in vita Au-
gust. Simonides certè rogatus ab Hie-
rone Sicilæ rege quid esset Deus diem
vnum ad cogitandum petijt, deinde
alterum, tum tertium, ad extremum
irritus laboris, & animi pendens, apud
Hieronem! professus est, Deum hu-
mani animi tenuitate capi non posse.
Quanquam autem infinitas Dei, an-
gustijs humanæ mentis capi non po-
test, hoc certe capi potest, Θεὸν ἀγνῶσον,
ἀορίσον, ἀπιέσθεν, Deum incognitum, in-
finitum, interminatum esse, vnde est
Athenis ara Θεῷ ἀγνώσω, Deo incogni-
to, Actor. 17. Stoici Θεὸν σῶμα τοεցη, καὶ
τὴν ἐν ὑλῇ esse dixerunt, apud Dioge-
nem laërtium, id est corpus intelligentia
præditum, & mentem in materia.
Plutarch. apud Euseb. Νῦν τῆς πόσις Θεὸν
οὐ θάλης. Αὐτοῖς μαρτυροῦταις ἀσέρας ψευδίς, Θεός.
lib. 14. de præparat. Thales Deum

mentem esse mundi. Anaximander stellas Deos cælestes esse dixit. Posidonius Θεὸν πνεῦμα τοεὸν καὶ πνεῦδες ἐν ἔχον μορφήν. Deum esse spiritum intelligentem, & ignem figura carentem. Democritus νῦν εἰ πνεῖ σφαιρειδῆ, Deū mentem in igne orbiculato, vel ut Euseb. l. 14. præpar. Θεὸν εἰ πνεῖ σφαιρειδῆ τὴν τὸ πόσις φυγήν. Animam mundi, Deum in igne orbiculato. Zeno πνεῦμα Διὸν δι' ὅλης τὸς πόσις. Spiritum per vniuersum orbem permeantem. Didymus οἱ στοικοὶ ὅλον τὸν πόσιμον σὺν τοῖς μέροις αὐτῷ περιστρέψαντο Θεόν. Stoici vniuersum mundum cum partibus suis Deum vocant. Lactant. lib. 2. Mundum à Stoicis naturam vocari, qui Deus sit. Heraclitus Deum περιεστὸν πῦρ αἴσιον. Ignem circumceuntem, æternum, ut Stobæus, & Laertius. Aristoteles τὸ πῦρ αἰωνίωδεν εἶδος χωριστὸν, ἐπεβεβικὸς τῇ φαιρᾷ τὸ πάντες, ἵνα διατέλειον σῶμα, τὸ

πέμπτον ὅπ' ἀπὸ καλέμδυον. Deum supremum formam esse separatam, inscen-
tentem supra sphæram vniuersi, quæ
est corpus ætherium quinta ab eo es-
senta vocatū. Plutarch. Stoici Deum
ignem esse artificiosum, via proceden-
tem ad mundi generationem, qui
comprehendit omnes seminales ra-
tiones secundum quas singula fato
fiunt. πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ Βασίζου, ἵππι γνέσι
άστις ἐπωνυμίην πάτερ τὰς απερμάτικὰς
λόγικες, καθ' ἃς ἔκαστα κατ' εἰμβρύων γίγνεται.
Persæ Deum cœli circulum, quia in
se omnia complectitur. Ideo Pytha-
goras dixit θεοτοκυττήν δῖ θεοφεόμδυον.
oportet Deos adorare in circulum se-
vertendo Propert.

Ante tuos quoties verti me perfida postes.

Plautus,

Si Deos salutas dextrouer sum censeo.

Sueton. in Augusto. Capite velato,
conuertensque se, deinde procumbēs.
Plini. l. 28. c. 2. in adorando dextram

ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus, quod in læuum fecisse Galliæ religiosius credunt. Per racto sacrificio circulum ex hostiarum sanguine in ara illinebant, dicebanturque id temporis πελεῖς, ut Deum σφαῖραν esse ostenderent. Quare in nummo faustinæ sigillum est cum sceptrō supra sphærām sedens dextra porrecta, inscriptio, æternitas. In templo Mineruæ in Sæ hæc verba incisa fuere,
Ἐγώ εἰμι, ἦν, ἐσσόμενος, ego sum, eram, ero.
Soranus vetus Poëta

Iuppiter omnipotens, regum rex ipse, Deusque, Progenitor, genitrixque Deus, Deus unus & omnes. Clemens Alexandri. I. 4. Stromat. Brachmanes Deum esse putarunt φῶς ἀόριστον φωτίζον. μάταιος αὐτοχθόνης. Lumen infinitum quod omnes homines illustrat. Pythagorei Deum monadem, quia supra omnem numerum consurgit. Apud Eusebium Πυθαγόρεας τὴν αρχὴν τὴν μὲν μονάδα, τὴν διαδικανίαν, τὸν δέκαν

τῷ ἐνὸς φύσις, ἀντὸς ὁ νῦς. Σωκράτης ἐν τῷ μονοφυὲς, τῷ μοναδικὸν, τῷ ὄντως δὲ ἀγαθόν. Νῦς δὲ ὁ Θεὸς χωριστὸν εἶδος τῷτο δὲ τῷ ἀμιγὲς πάσις ὑλις, καὶ αὐτὸν παθητὸν συμπεπλεγμένον.

Pythagoras principia ponebat vnum, & bonum, quod est vnius natura, mens ipsa. Socrates vnum vnius naturæ, singulare, bonum reuera existens. Deus est mens separata forma, hoc est, secreta ab omni materia, & cum nullo quod pati possit implicata. Poëta.

— Deum namque ire per omnes.

Terrāisque, tractusque maris, cœlumque profundum,

Apud Minutiū felicem, Thales Deum esse ait eam mentem quæ ex aqua cuncta formauerit. Apud Epiphanium Anaximander, infinitum esse voluit vniuersorum principium. Democritus apud Arnobium, naturam quæ imagines fundat, & intelligentiam Deum loquitur. Plutarch. in Numa. Deum mentem quæ nec cerni possit, nec creata sit. Heraclitus apud Au-

gustum, Deum igneam mentem.
 Apud Minutium Felicem, Speusippus
 Deum vim naturalem, animalem, qua
 omnia regantur. Apud Origenem
 Ecphantus Syracusius, Deum mentem
 & animum esse. Varro ait Deum ani-
 mam esse mundi. Anaxagoras Θεὸς νῆσ
 δέν ὁ δικαιοσύνης τε καὶ πάντων ἀριστος. (lego
 ὁ δικαιοσύνης πάντα, καὶ πάντων ἀριστος.) Deus
 mens est omnia ordinans, & omnium
 caussa. Virg. 6. Aeneid.

*Principio cælum & terram, camposq; liquentes
 Humentemque globum lunæ, Titaniaque astra
 Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus.
 Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Orpheus Deum esse dixit, Θελην, φῶς,
 ζωήν, Consilium lumen vitam, Hermes
 circulum cuius punctum ubique, cir-
 cumferentia nusquam. Deum esse cor-
 pus multi putarunt, ut docet Arist. I.4.
 Physic. Anaximenes Deum aëreum
 esse, Xenocrates cœlesti corpore præ-
 ditum. Stoici spiritum igneum. Ter-

tullia. ipse contra Praxeam, Deum asserit esse corporeum. Serapis Nico-creonti regi quærenti quis esset Deus, Respondit apud Eusebium.

*Sum Deus his constans membris tibi qualia dicam.
Ornatus cœli vertex, venter mihi pontus,
Sunt mihi terra pedes, summo stant ætheris aureis.
Sunt oculi nitidi splendentia lumina solis.*

Melius Manil. lib. I.

*Hoc opus immensi constructum corpore mundi
Vis animæ diuina regit, sacróque meatu
Conspirat Deus.*

DE NOMINE DEI.

CAP. III.

 **E**n Nominibus Dei Iustinus in Apologet. Nomina quæ summo numini tribuuntur Parentis, conditoris, Dei, Domini, negat esse nomina quæ natu-ram eius significant, sed appellationes

ex operibus, & beneficijs eius reper-
tas, εκ ὀνόματά δέ, ἀλλὰ ὅπερ τῷ ιυπολίῳ,
ἢ τῷ ἐργῷ περιστρέψεις. Clemens Alexand.
l. 5. Nomina Patris, Domini, condito-
ris Deo indimus επ' ἄποικας, ob imbe-
cillitatem, & inopiam nostram, ut
cogitatio his innitatur, nec in alijs va-
getur. Non enim singula nomina
Deum indicant, sed vniuersa simul
sumpta virtutem omnipotentis testan-
tur. Αλλ' ἀθέως ἀπαντᾷ σύμβικτη τῆς
παντοχείας διωάμεως. Quod idem su-
pra ostendimus ex l. 7. lib. de Mundo
Aristot. Adde quod ut ait Hermes,
πολὺς τὸν διάκεισιν τῷ οὐρανῷ τὰ ὀνόματα τίθεται.
Nomina ponuntur ut ea quae sunt dis-
cernantur. Deus cum unus sit, non
eget nomine quo ab alijs discernatur.
Plutarch.lib. de Osiri & Isi, Afri vocat
Deum ignotū, hammon, id est heus tu,
quis es. Respondet Deus apud Iusti-
num in Parænetico, ἐγώ εἰμι ὁ ἀνήρ Ἰησος δικαιολόγος
οὐρανος, τῆς γῆς οὐρανος, Καὶ μὴ οὐρανον δικαιοεῖς

Sei\x96n. Ego sum qui sum , vt per eius quod est participationem , Dei qui solus est , & eorum quæ non sunt discrimen ostendat. Legend. Hieronym. epist. ad Marcellam, Iosephus l. 4. c. 5. belli Iudaici. Iehoua nomen Dei τερεγγεάμυατν, ἀρρητον, ἀφατον, ἀνεκφώνητον. Quatuor litterarum ineffabile , quod in fronte Pontifices in lamina aurea gerebant, vt Hieronym. ad cap. 4. Ezechiel. Cyprianus epist. 57. Illic vocabulis opus est, vbi proprijs appellacionum insignibus multitudo dirimenda est. Dei qui solus est vocabulum totum est. Deus tamen multi nominis dicitur, πολυωνομος apud Aristot. cap. 7. lib. de Mundo , vt Venus μνειωνομος apud Theocritum Eidill. 3. Virgil. 7. Æneid.

— *Tibi nomina mille.*

Nomina illa petuntur ab effectis. Essentia eius , ait Damascen. l. 7. de fide cap. 16. Αὐτὸν ληπτός οὖτι, καὶ ἀκατα-

νόμασος, nec comprehendendi, nec nominari potest. Vir Clarissimus, Petrus Faber Sanorianus, Tolosani Senatus olim Princeps, hanc partem in suo Dodecameno diligenter exsecutusest, Επέχω, sed non Orpheus apud Euseb.

I. 13. præparation. Euang.

Εἰς ἦστιν ἀυτοτελῆς, αὐτὸς δὲ τὸ πάντα τελεῖται.

Εἰς δὲ ἀυτοὺς ἀντίστηται. Οὐδὲ τίς ἀυτὸν

Εἰσοράσσει ψυχὴν Θυτῶν, νοῦ δὲ εἰσοράσσεται.

Αρχὴν ἀυτὸς ἔχων, καὶ μέσον, καὶ τελετήν.

Vnus est per se perfectus, à quo omnia fiunt. In ipsis autem quæ fecit ipse circummeat. Neque ullus mortalium cernit eum, qui sola mente cernitur, & principium medium ac finem habet. Xenophanes Colophonius.

Εἰς Θεὸς ἐντεθεῖσιν καὶ αὐτὸς ποτοῖσι μέγιστος.

Οὐκ δίνεις Θυτοῖσι δόμοις, γάδε νόημα.

Vnus Deus est inter Deos & homines maximus, qui neque corpore, neque mente hominibus similis est. Cleanthes Stoicus, — τάγαδὸν ἐργατᾶς με αἵρετος ὅστι

Αἴτιε δὲ, τεταγμένοις δίκαιοις, δοῖοις, δύσεβεσ.

Κρατεῖν εἰσιτε, γρήσιμον, καλὸν, δέοντα,
Αὐτηρέον, ἀνθέκαστον, ἀεισύμφορον, ἄφοβον
Ἄλυπον, λυσιτελές, ἀνάδυνον, ὡφέλιμον
Ἄσφαλτος, φιλόν, ἔνπιμον, δύναρεσον, ὁ μολεγθῆμνος,
Εὐκλεές, ἀπυφον, ὅπιμελές, πεφῶν,
Σφοδρὸν, γέον, ζόμνον, ἀμεμπτον, ἀεὶ δέαμδίον.

Id est, rogas me bonum quale sit, audito. Ordinatum iustum, sanctum, pium, sui potens, vtile pulcrum, decens, seuerum, liberum, semper vtile, metus & doloris expers, commodum, mœsticia vacans, opportunū, certum, amicum honoratum, placitum, confessum, gloriosum, non fastuosum, studiosum, lene, vehemens, immorans, inculpatū, semper manens. Parmenides.

Πολλὰ μάλ', ὡς ἀγάθην ἐὸν, Καὶ ἀνώλεθρέον ἔτι,
Μάριον, μενογήμες δὲ, Καὶ ἀτρεμές, οὐδὲ ἀγαθην.

Multa valde, ut ingenitum, & immortale est, solum, vnigenitum, quietum. Orpheus verba illa ex sacris litteris cœlum mihi thronus est, terra scabellū pedū meorū, paraphrasi eleganti effert.

Αὐτὸς δὲ αὖ μέγαν αὐθις ἐπ' ὑπερδύνεσθαι,
Χρυσέω

Χρυσέω ἐν Δρόμῳ, γαῖη δ' ὑπὸ ποσὶ βέβηκε,
Χεῖρα δὲ δεξιῶτερὴν τῷ δὲ τέφμασι ὠπεανοῖ
Ἐκτέτακεν, ὄρεων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ,
Οὕτε φέρειν δύναται κρατερὸν μήρος. Εἴτι δὲ πάντη
Αὐτὸς ἐπιφάνιος, καὶ δῆπι χθονί πάντα τελεύτα,
Αὐχὴν ἀντὸς ἔχων, ἄμα καὶ μέσον, καὶ δὲ τελεύτην,
Αὐλὴν δὲ μὴ θεμιτὸν σε λέγειν. Γεμέωδε τε γῆς
Εὐρώπη, δέξι ὑπάτε κράτειν.

Ipse autem supra magnum cœlum fundatus est in aureo throno, terra sub pedibus vadit. Manum dextram circa fines Oceani extendit, montium radices tremunt intrinsecus, nec ferre possunt vim fortē. Est autem omnino ipse supercælestis, & in terra omnia perficit, habens ipse principium & medium & finem. Sed non fas est te dicere, membra tremunt, & animus cohorrescit. Esummo imperat & perficit. Idem Orpheus

Αὐθίτε, μητεράτωρ, δέ θυμῷ πάντα δονεῖται
Δαιμονες δι φείσασι, Θεῶν δὲ δέδοικεν ὅμιλος
Σαρδίδει δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρισάσι πολύμοχθοι,
Αὐγελοι, οῖσι μέμηλε, βερτοῖς ὡς πάντα τεληταί.
Immortalis, pater matris, cuius mente

omnia voluuntur, quem Dæmones
timent, & exhorrescunt, & Deorum
cœtus metuit, cui parcæ parent, licet
mitigari nequeant. Ad tuum ignitum
thronum astant multum laboriosi an-
geli, quibus curæ ut omnia eueniant
hominibus. Aristoteles l.7.de Repub.
Μάρτυε τῷ Θεῷ χρώμενοι, ὃς σύδαιμων ἐστι,
καὶ μαρτύετος, δι’ ἀπόστολος τὸν ἔχωντα πάνταν αὐτῶν,
αὐλαὶ δι’ αὐτὸν αὐτὸς, καὶ τῷ ποιός τοι εἴ τι πί-
στος. Deo teste vñi, qui beatus & felix
est, non propter ullum bonum exier-
num, sed propter se, & quia natura
talis est.

*Ate principium, tibi vox mea, maxime rerum,
Desinet, at nunquam mens indefessa fatisceret
Mirando aeterni decus inviolabile Regis.*

DE ANIMA.

CAP. IIII.

ARNOBII locum de Deo illu-
strauiimus, eiusdem verba de
anima expendamus. Sic ille

lib. 1. Quid sit sensus, quid anima, aduolaritne ad nos sponte, an cum ipsis sata sit, & procreata visceribus. Mortis particeps degat, am immortali tatis perpetuitate donata sit, quis status nos maneat cum dissolutis abierimus à membris.

Non id iam agimus ut quæ subtilli rer ab Aristotele, & eius interpretibus de sensu & anima disputantur, in hoc caput coniiciamus, sed ut è veterum scriptis quædam adnotemus, vnde Arnobij verba lucem accipient. Hoc igitur in primis ponimus, inter Philosophos minimum conuenire, quid sit anima, & sicuti Deus non nisi ex effectis cognoscitur, ita & animam non nisi ex effectis cognosci. Ut ostendit Aristot. l. 2. de Anima cap. 2. Λέγομεν δὲ θεωρίας τὸ ἔμφυχον τὸ ἀψύχα τὸ ζῆν. Πλεονάχος δὲ τὸ ζῆν λέγομεν, καὶ ἐν πατέρων ὑπάρχη μόνον, ζῆν λέγομεν αὐτὸν, οἷον νῦν, αὐθητοῖς, σινησις, καὶ σάσις καὶ τόπος. Εἴπερ δὲ κίνησις καὶ

τερφήν, καὶ φείσιν, & ἀνέησιν. Dicimus animatum distingui ab inanimato vita. Cum autem viuere multipliciter dicatur & si horum vnum tantum adsit, viuere dicimus, ut si mens adsit, sensus, motio, statio in loco, aut motio nutrimento & accretionis decretioneq; accommodata. Quapropter & vniuersæ plantæ videntur viuere, &c. Gregor. Nyssse. lib. de Anima, ἡ ψυχὴ ἄγνωστος ὅταν ἔξ οὗτῆς, ἐκ τοῦ δποτελεσμάτων γνωθήσεται. Anima per se ignota cognoscetur ex effectis. Stoici, πνεῦμα λέγοσι τὸν ψυχὴν ἐνθερμον καὶ δύσι πνευ, κειτας ἀερα, ἐπων ὑδωρ, Δημόκευτος πῦρ. Τάχδ σφαιρειδῆ γέματα τοῦ ἀτόμων συγκρινάμνα, πῦρ τε & ἀέρος ψυχὴν δποτελεῖ. Ήράκλειος τὸν μὴ τὴν παντὸς ψυχὴν αὐτευμίασιν ἐκ τοῦ ὄγεων, τὴν δὲ εἰ τοῖς ζώοις ἀπό τε τῆς ἀκτὸς, καὶ τῆς εἰ ἀποτοῖς ἀγαθυμάσεως ὄμοχοῦ πεφυκέναι. Θάλης ὁρῶντος τὴν ψυχὴν ἐφησεν ἀεικίνητην, καὶ ἀβούνητον. Πυθαγόρεις αἰειθμὸν ἔστιν τοιν τοιν. Πλάτων δὲ θύσιαν νοητὴν ἔξ οὗτῆς κινητὴν καὶ δύναμον ἐναρμόνιον. Αὐτοτέλης ἐντελέχειαν πεφτη σώματος φυσικῆς ὄργανικῆς διαδίκει ζῷον.

Ἐχοῦσ. Διογένης δὲ ἀρμονίαν τὸν τετράρχον
συγχείων ἡ πρᾶσιν οὐ μορφώσιαν. Ut Neme-
sius lib. de Anima. Stoici dicunt ani-
mam spiritum esse calidum & igneum,
Critias, sanguinem, Hippo aquam,
Democritus ignem. Figuræ enim or-
biculatæ atomorum inter se mixtæ,
aqua silicet ac ignis animam efficiunt.
Heraclitus animam vniuersi exspira-
tionem ex rebus humidis, ac velut
halitum & uaporem. Animam autem
in animantibus ab exhalatione quæ
est extra, & quæ in ipsis est eiusdem
generis esse, & cognationis. Thales
primus animam semper & per se mo-
ueri censuit. Pythagoras esse nume-
rum seipsum mouentem. Plato sub-
stantiam intellectilem, quæ se moueat
ad Rythmum, & concentum. Aristo-
teles entelechiam primam corporis
physici organici potestate vitam ha-
bentis. Dicæarchus harmoniam, seu
temperamentum & symphoniam qua-

tuor elementorum. Isidorus l. i. orig.
Anima dum viuificat corpus, anima
est, dum vult, animus est, dum scit,
mens est, dum recolit, memoria est,
dum rectum iudicat, ratio est, dum spi-
rat, spiritus est, dum aliquid sentit,
sensus est. Epicurus animam dixit
formam esse mixtam ex aëre & igni.
Xenophanes ex terra & aqua. Parme-
nides ex terra & igne. Anaximenes
ex aëre. Hipparchus ex igne. Demo-
critus, Animam esse spiritum mobilem
atomis consertum. Plutarchus libro
de placitis philosophorum, Stoici
animam esse aiunt πνεῦμα νοερὸν οὐ πνεῦ-
μα. Spiritum intellectilem & igneum.
Cic. i. Tuscul. Anima sit animus,
ignisue nescio. Tertullia. lib. de Ani-
na. Stoicos allego, qui spiritum dicunt
animum penè nobiscum, quia proxi-
ma sunt flatus & spiritus. Laërtius in
Zenone: πνεῦμα ἐνθεμον ἐν τῷ φυχὴν, ἐπει-
σημφύεις. Animam spiritum esse calidum

nobis congenitum censuit Zeno. Galen. lib. quod animi mores. οράσιν ἐν
οὐματείᾳ γηραιόν της αἰερόδυσης πεφόδυσης.
Temperamentum in proportione
essentiæ aëreæ , & igneæ. Varro,
anima est aër conceptus ore, deferue-
factus in pulmone, tepefactus in cor-
de, diffusus in corpus ut Lact. lib. de
opific. cap. 7. qui tamen cap. 18. Var-
ronis sententiam refellit his verbis,
Anima non est aër ore conceptus, quia
multo prius gignitur anima, quam
concipi aër possit. Non enim post
partum insinuatur in corpus, ut Stoicis
videtur, sed post conceptum proti-
nus, cum fœtum in utero necessitas
diuina formauit. Varto lib. 4. de lin-
gua Lat. Inde venit diuinitus pullis
insinuans seipsa anima. Siue ut Zeno
Citieus, animalium semen ignis, qui
anima, & mens. Qui calor è cœlo,
quod hic innumerabiles & immorta-
les ignes. Itaque Epicharmus Ennij de

mente humana dicit, istic est de sole
sumptus ignis, isque mentis est, id est
mens, quomodo idem alibi

Terra corpus est, ac mentis ignis est.

Ita citat Priscianus ex Epicharmio
Ennij. Pergit Varro, idem solem ad-
serit, isque actus mentis est. De hoc
loco sentit idem Varro l. i. de re Ru-
stic. cap. 4. Eius principia quæ mun-
di esse Ennius scribit, aqua, terra, ani-
ma, & sol. Idem lib. 8. de ling. Latin.
Quid ergo? cum omnes animæ homi-
num sint diuisæ in octonas partes in-
ter se non proportione similes, quin-
que quibus sentimus, sexta qua cogi-
tamus, septima qua progeneramus,
octaua qua voces mittimus. Hermes
in Poemandro cap. 10. spiritum ait
corpore vestiri, animam spiritu, anima
mentem, ἐνθυμα ἔι τε υἱον τὸν ψυχὴν,
τῆς δὲ ψυχῆς τὸ πνεῦμα. Empedocles
sanguinem animam esse putat. Αἷμα γὰρ
ἀνθεγόνοις αἰσχύλοις δέι νόμα. Sanguis

hominibus circa cor est mens. Quod
 à Nemesio refellitur , quia sanguine
 abeunte simul & anima periret, aut
 animæ pars. At in ijs quæ sunt simi-
 lium partium quod supereft, idem est
 cum toto. Aqua enim est & multa , &
 exigua. Ita & sanguis qui supereret
 anima effet. Οὐκτοι ὅταν μέρες διπορρύη τῷ
 αἴματος μέρες ἀπερρύη τῆς ψυχῆς, ἐὰν ψυχὴ
 αἴματα ἔστι, ἀλλ' ὅποι τῷ ὁμοιομερῶν καὶ τῷ παν-
 λειόμδρον μέρες ταῦτα ἔστι πᾶς πάσπ. Εἰδωρ
 γενῆ καὶ τὸ πολὺ, καὶ τὸ βεαχύτατον. Στοις οὖν Κ
 τὸ λειπόμδρον αἴμα ὅσσα ἀνή, ψυχὴ ἔστι εἶπερ
 ψυχὴ τὸ αἴμα. Auerroës vnum esse in-
 tellectum vniuersum , qui influat in
 omnes , & variè agat , pro varijs ima-
 ginibus quæ singulis impressæ sunt.
 Manichæi vnam esse animam incorpo-
 ream immortalem, quæ in omnia ani-
 mantia diuidatur. Heraclides Ponti-
 cus animam lucem. Hippocrates fla-
 tum tenuem per corpus diditum. Cri-
 tolaus quintam essentiam. Zeno con-
 cretum corpori spiritum. Heraclitus

scintillam stellaris substantiæ. Sed Audiendus Plutarchus θαλῆς ἀποφήνατο τεχνος τὸν φυχὴν φύσιν αἰσκίνητον, ή ἀβούντον. Πυθαγόρεας αἰειθμὸν ἔσωτὸν κινητὰ, τὸν δὲ αἰειθμὸν ἀντὶ τῆς νῦν ψευδαλαιμβάνει. Πλάτων ψοίαν νοητὸν οὐκέτις ἔσωτῆς κινητὸν καθ' αἰειθμὸν ἐναρμόνιον κινητόν. Αὐτούτους ἐντελέχειαν τεχνῶν σώματος φυσικὸν ὄργανον διωάμει ζῶντας, τὸν δὲ ἐντελέχειαν ἀνυσέον ἀντὶ τῆς ἐνεργείας. Διονύσιος ἀρμονίαν τῷ περάσῃ σοιχεῖων. Id est, Thales primus asseruit animam naturam esse quæ semper moueretur, aut per se moueretur. Pythagoras numerum seipsum mouentem, numerum autem pro mente ponit. Plato essentiam intellectilem per se mobilem, ad numerum enarmonicum motum. Aristoteles actum primum corporis naturalis organici, potestate vitam habentis. Entelecheia autem siue actus significat efficientiam. Dicæarchus harmoniam quatuor elementorum. Αὐτοῦ πάδης ὁ ἵλαρες γυμναῖαν τῷ μαθήσεων. Asclepiades medi-

cus exercitationem sensuum animam esse dixit. lib. 4. cap. 2. de placitis philosophorum. Aristot. lib. 2. de Anima. Φασὶ γὰρ ἔνοι, Εἰ μάλιστα, Εἰ τεφέτως ψυχὴν εἴπει τὸ κινήσιν. Δημόκριτος πῦρ παῖς καὶ δέρμόν φονον ἀντίνει εἶναι. Αὐτοίς φονον γάρ δύνατος Εἰ αὐτοὺς, τὰ σφαγεῖδη πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει. Non nulli dicunt animam esse quod maxime & primo mouet. Cum enim sint infinitæ figuræ & individua corpora, rotunda dicit ignem & animam esse, quod maxime tales figuræ totum corpus penetrare possunt, atque cætera mouere, cum moueantur & ipsa. Arbitrantur enim animam id esse, quod motum animantibus affert. Διὰ τὸ μάλιστα δῆλο παντὸς σύναδες δῆλον εἰν τὰς ποιέτας ἡρουμένες, καὶ κινεῖν τὰ λοιπὰ κινέμενα, Εἰ ἀντὶ κινολαμβανοντες τὴν ψυχὴν εἶναι τὸ παρέχοντος ζώοις τὴν κίνησιν. Pythagorei animam esse dicunt, τὰ ἐν τῷ ἀέρι ξύσματα. Oi δὲ ὃδε παντα κινήσιν, ea corpuscula quæ agitantur in aëre, quidam id quod illa mouet. Alij animam esse quod seip-

sum mouet, τὸ ἀντὸ κινητόν. Democritus
idem putat esse animam, & mentem.
Diogenes ratus hunc aërem maxi-
me subtilem esse, & rerum princi-
pium, animam dixit aërem. Et animam
quidē cognoscere quatenus aër prin-
cipium est, mouere autem quatenus
aër maxime subtilium est partium:
αἴεσα (φυχὴν εἶναι λέγει, hæc verba omni-
do addenda sunt) τέτον διδεῖς πάντων
λεπτομερέστατον εἶναι, οὐ ἀρχὴν. Καὶ δέ τέτο γι-
νώσκειν τε, Καὶ κινεῖν. οὐ μὲν ωφελτόν ὄστι, Καὶ εἰ
τέτο τὰ λοιπὰ γινώσκειν. οὐ δέ λεπτομερέστα-
τον, κινητικὸν εἶναι. Heraclitus quoque
animam principium esse ait, quia fit
αὐαθυμίασι exhalatio, ex qua cætera
dicit constare, & id principium maxi-
me incorporeum esse & semper fluere.
Alcmæon animam immortalem esse,
quia similis est ipsis immortalibus,
quando semper mouetur, ut res om-
nes diuinæ, sol, luna, stellæ. Quidam
animā aquam esse dixerunt, ut Hippo-

ratione seminis, & eos redarguit qui sanguinem animam asserunt, quia sanguis non est, semen autem primam animam dicit. Critias ipsum sanguinem animam esse putat, quia per animam sentimus. Qui animā esse ignem volunt, ideo viuere ζῆν, à ζεω ferueo dictum volunt: qui animam frigidum quid, & αἰαδυμίασιν esse censem ideo ψυχὴν animam quasi καράψυξιν refrigerationem, & αἰαπνοῖν respirationem arbitrantur. Empedocles animam ex omnibus elementis conflatam ait, quia omnia elementa cognoscit, & simile simili cognoscitur,

Γάιη γὰρ γαῖαν ὑπάπαιδη, ὕδατα δὲ ὕδωρ,
Αἴθέει δὲ αἴθεει δύον, ἀτὰρ πνεὺς πῦρ αἴθηλον,
Στοργὴ δὲ σοργὴν, νέκυος δὲ τὰ νεκτῖα λυγέα.
Terram nam terra, limpham cognoscimus vnde,
Aetheraq; aethere dium, ast ignem nouimus igne,
Sic & amore amor, & lis est notissima lite.

Ita & Plato in Timeo animam ex elementis constare censem, τὴν ψυχὴν εἰς τὸ
σοιχεῖον ποιεῖ. Γνώσκεις γὰρ ὁμοίως ὅμοιον. Si-

mile enim simili cognosci. Anaxagoras apud Cic. lib. 1. de diuinitat. animam haustam & delibatam à Deo , vel ut ille loquitur , diuinæ particulam auræ esse putat. Quo pertinet illud Lucretij,

*Denique cœlesti sumus omnes semine oriundi,
Omnibus ille idem pater est.*

Virgil.

*Igneus est Ollis vigor , & cœlestis origo
Seminibus quantum non noxia corpora tardant.*

Vult Plato apud Origenem omnem animam eiusdem esse naturæ , & nihil inter animam hominis , & formicæ interesse , deducens eam à cœli fornici bus non in hominum solum corpora , verum & in brutorum.

Δῆ εἶναι πᾶσαν ψυχὴν , Εἰ μήδεν διαφέρειν τὴν τῆς αὐθεόπτη τῆς τῆς μυριάνον , πατάγων ψυχὴν δῶν τῆς αὐθεόπτη τῆς φύσεως ἐκ ἐπὶ τὸ αὐθεόπτην μόνον σῶμα , ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ λοιπά .

Euseb. lib. 53. de præparat. euang. Plato inquit , diuinam illam , cœlestem , incorpoream , & rationalem ani-

mam Deo similem, & per virtutis magnitudinem cœli fornices ferientem è supercælestibus ac sublimibus locis, in asinos, & lupos, & formicas & apes descendere ait, Dialogo de anima. Τὸν δεῖαν ἀπείρηνον τὸν πέριστον, Καὶ αὐτῷ μετόποι, καὶ λογικὴν τὴν θεωρίαν, Καὶ δὲ ἀρετῆς μέγεθος τὰς ψευδίες ὑπέρ ταύτας αὐτοῖς ἄνωθεν πόθεν ἐν τῷ ὑπέρνοσμίῳ τῷ δὲ ὄντες, καὶ λύκος, καὶ μύρινκας, Καὶ μελίτας κατένεμη φάσιν. Melius Valer. Flaccus lib. 3. Argonaut.

— reddituraque semina cœlo.

Quippe nec in ventos, nec in ultima soluimur ossa.
Ibidem — socius superi quondam ignis olympi.
Prudentius animam liquidam natu-
ram vocat, quæ perflabilis feratur mo-
re venti.

*Nec mihi difficile est liquidam circumdare flummis
Naturam, quamvis perflabilis illa feratur
More nothi. — Idem.*

*Oris opus, vigor igneolus, non moritur,
Vix liquidæ rationis habet.*

Oris opus animam vocat, quia Deus
in sacris litteris ex ore animant

eflasse, & in primum parentem inspirasse dicitur. Nazianzenus optimè.

Ψυχὴ δὲ ζεῖν ἀνημα Θεός, Καὶ πρεσβούσα μοῖρα
Αἰὲν ἄγαν ποθέει τὸν ψυχὴν καὶ σωτίων
Ως πάγκης βόος ζεῖν ἐπίδρομος, αἰδόμενον δέ
Πῦρ ὁδὸν οἴδε μίαν, ἀτερπον ἀλλεται ἄνω.

Anima est flatus Dei, & meliorem cælestium sortem semper appetit. Est ut riuus à fonte decurens, ut ignis ardens, qui viam vnam nouit, ut sursum feratur. Animam quidam esse aiunt, Harmoniam, id est temperationem, compositionemque contrariorū, κακῶν, Καὶ σύνθεσιν τὸν εὐαντίων, Arist. cap. 4. lib. 1. de Anima lib. 2. cap. 1. probat animam esse τεφτὸν ἀντελέχειαν σώματος φυσικὸν ὄργανον ἔχοντος ἀρχὴν κυνίσσων, Καὶ σάσσων εἰς ἀπαλό, καὶ πυράμει. Ζωήν. Primam perfectionem corporis naturalis organici, principium motus & quietis in se habentis, & potestate vitam. Ηγεμονικόν autem & principium animæ sacræ litteræ in corde ponunt, ut & Lucret. lib. 2.

Consilium

*Consilium quod nos animam, mentemque vocamus,
Idq; situm mediaregione in pectoris haeret.*

Hic exsultat enim paor & metus.

Plato, & Democritus in vniuerso capite. Strato ἐν μεσοφρύῳ, in medio superciliorum. Erasistratus circa μήτρας pelliculam cerebri & inuolucrum. Herophilus ἐν τῇ ἐγκεφάλῳ ποιλίᾳ in ventre cerebri, quæ eiusdem est basis. Parmenides & Epicurus in vniuerso thorace. Stoici omnes in toto corde, aut spiritu circa cor. Diogenes in arteriaco ventre cordis, vnde spiritus existit. Empedocles in sanguinis constitutione. Alij in collo cordis, aut in præcordijs seu pellicula circa cor, alij in diafragmate. Quidam è recentibus οὐκέτι πότε τῆς νεφαλίης μεχρὶ τῷ διαφράγματε pertinere à capite ad diaaphragma. Pythagoras optimè τὸ μὴ ζωπνὸν τοῦτο τὸν καρδιαν, τὸ δὲ λογικὸν, καὶ νοερὸν τοῦτο τὸν νεφαλίν, Facultatem qua viuimus & vegetamur in corde, qua ratione & intellectu

vtimur in capite seu cerebro. Legen-
dus Tertul.lib.de Anima,& Plutarch.
cap.5. l.4 de placitis Philosoph. Quæ-
ritur autem non modo inter philoso-
phos, sed & Theologos, animâne ex
traduce à parentibus vi seminis propa-
getur, an à Deo in materiam corporis
excipiendæ formæ idoneâ infundatur.
Aristoteles quidem cap 2. de generat.
animal. Τὴν μὲν οὖν θρεπτικὴν φυχὴν τὰ αὐτέρ-
ματα, οὐ τὰ κυνηγατὰ τὰ χωεῖσα δηλούσση, διωά-
κει μὲν ἔχοντα τεθέον, ἐνεργεία δὲ ὡς ἔχοντα,
τῷριν οὐ καθάπερ τὰ χωεῖσα μηδεὶς κυνηγάτος
ἔλκει τὸν τροφὸν, οὐ ποιεῖ τὸ τῆς ζιάυμς φυχῆς
ἔργον. Statuendum est, inquit, semina
& conceptus, qui nondum separati
sunt potentia vim vegetantem, & nu-
trientem habere, non actu, priusquam
ut conceptus separati alimentum tra-
hant (lege τὰ κυνηγατὰ οὐ τὰ χωεῖσα) fun-
ganturque talis animæ officio. Primum
enim omnia eiusmodi vitam stirpis,
φυτῶν βίον, seu plantæ viuere videntur.
Anima quoque sentiens, atq[ue] adeo

intelligens prius est in semine potentia, quam actu. Sed vegetans quidem, & sentiens θεου πάρχεσσι εγγίγονται, cum prius vi seminis, potentia, non actu fuerint, ingenerantur, ἐκεῖστιν ελθόσσις ex semine profectæ. Λείπεται δὲ τὸν οὐρανὸν θυεῖσθεν επεισέργα, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς τὴν εὐργείαν ποιῶντες σωματικὴν εἰργάζεται. Supereft ut sola anima intelligens extrinsecus subeat, & sola sit in homine diuina. Neque enim cum eius actione communicat actio corporis. Dicitur tamen anima intelligens fuisse potentia in semine, non quia ē potentia seminis, seu corporis disponi potest ad animam intelligentem quasi formam excipiendam. Prudentius omnino negat animam extraduce propagari, — *Ne traduce carnis*

Traduci in sibolem credatur fons animam. Quod efficiunt verba Genes. cap. 2. & flauit Deus in nares eius flatum vitæ. Nischmath diuinum quiddam, &

cælestè significat. Tertullianus ex tradi-
duce transmitti putat: pessimè. Sed ex
ijs qui autumant animam extrinsecus
inijci, alij ex illis sempiternis ignibus
quæ sidera vocantur, quidam ex diui-
nis seminibus, & cælesti spiritu trahi,
nonnulli à Deo creari, & in corpus
infundi putarunt. Apuleius Apolog. 1.
ex Aristotele animam hominis extrin-
secus in hospitium corporis immigrare
ait, Plato ex Cratere quodam exsil-
uisse. Arnobius l. 2. Neque enim ex
Platonico illo craterे, quem conficit,
misereturque Timæus, animæ prodie-
runt. Origen. l. 4. in celsum. Celsus
discedet à sententia Platonis, qui ex
quodam craterе animam trahit. Απο-
ποδίσεται δέ τοι τῷ πλάτωνος τῷ ἐκ πνος κεραī-
εις τὴν φυχὴν ποιεῖντος. Hieronymus Apo-
log. 2. in Ruffinum. Legi quosdam
dicentes, quod pariter cum corpore,
per humani corporis traducem etiam
animæ diffundantur. Alij asserunt

quod formatis corporibus Deus cotidie faciat animas, & infundat. Alij factam iam olim animam, id est tunc cum omnia creauit Deus ex nihilo, nunc eas iudicio suo nasci dispenser in corpore. Lactantius optimè lib. de opif. cap. 19. Corpus ex corporibus nasci potest, quoniam confertur aliquid ex utroque (corpore patris & matris,) de anima non potest, (addo anima nasci,) quia ex re tenui & incomprehensibili nihil potest decedere. Itaque serendarū animarum ratio vni ac soli Deo subiacet, ideoque apud Esaiam cap. 57. Deus ipse ait, flatum omnem ipse feci. Hilarius lib. 1. de Trinit. Anima opus est Dei. Solomon. Ecclesiast. vlt. Spiritus redeat ad eum qui fecit eum, conuertatur puluis in terram suam. Tertullian. l. 2. in Marcion. sic interpretatur flatum vitæ quem Deus in nares hominis flavit, ut neget animam hominis diuinæ par-

tem esse naturæ. Afflatum enim minorum spiritu esse ait, & si de spiritu accidit aurulam eius esse non tamen spiritum. Nam & aura vento rarer est, non tamen ventus aura est. Capit etiam imaginem spiritus dicere flattum, ut indicet animam esse imaginem Dei non partem. Lucretius,

Cedit enim retro de terra quod fuit ante

*In terra, sed quod missum est ex ætheris oris,
Id cœli rufus fulgentia templa receptant.*

Augustin. epist. 7. & 28. animæ cotidie fiunt, & mittuntur in corpora, quare apud Ioannem Christus ait, pater operatur, & ego operor. Huc accedunt philosophi, qui animam hominis à Deo haustam, & delibatam volunt.

Epictetus lib. 1. cap. 14. apud Arrian.

*Αἱ ψυχαὶ μὲν ἔτος εἰσὶν ἐγδεδεμέναι, καὶ οὐκα-
φεῖς τῷ Θεῷ, ἀπε τὸν μορίαν ἔτοι, καὶ δηο-
πάσματα. Animæ ita illigatae sunt, &
coniunctæ cum Deo, quasi ipsius par-
tes sint, & veluti ramenta quædam*

diuinę substantię. Seneca ad Heluiam. Anima si primam eius originem insperxeris, non est à terreno grauique concreta corpore, ex illo cælesti spiritu descendit. Item, animus humanus ex ijsdem, quibus diuina, constat semi-nibus. Cic. 5. Tusculana, à natura Deorum hauitos animos, & delibatos habemus. Item, humanus animus decerptus ex mente diuina. Manil.l. 1.

Qui cœlum posset nisi cœli munere nosse,

Et reperire Deum nisi qui pars ipse Deorum est.

Seneca epist. 74. prope est te Deus, tecum est, intus est. Zeno apud Laërt. Τῆς τοῦ ὅλων ψυχῆς μέρη ἔις τὰς ἐν τοῖς ζῷοις ψυχάς. Animas quæ sunt in animantibus partes esse huius vniuersi censuit. Apul. de dogm. Platonis, mundi animam fontem omnium animarum esse. Plutarch. in Quæstion. Platon. Η' δὲ ψυχὴ μετάγεσθαι τῇ καὶ λογισμῇ πατέρων δέ τις Θεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρες, ἀδὲ ἡπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ἀπ' αὐτοῖς, η̄ δέ αὐτοῖς γέγονεν. Anima particeps rationis & mentis, nō modo

Dei opus est sed etiam pars, nec ab ipso tantum, verum & ex ipso facta est. Hermes c. 2.& 12. Pœmandræ A'πὸ μιᾶς φυχῆς τῆς παντὸς πάσου αἱ φυχαὶ εἰσι. Οὐ γέ
γίνεται ἐστιν ἀποτελματικός τῆς φύσιοτητῆς τῆς Θεοῦ,
ἀλλ' ὡσερ ἅπλωμάνιος καθά περ τῆς ἀλίσ φωτὸς.
Omnes animæ ab una vniuersi anima sunt. Mens quidem non est decerpta
de essentia Dei, sed quasi diffusa & ex-
tenſa ſicut lumen ſolis. Philo lib.
quod de te potior. Τὸν γὰρ αὐτῷ γραπτὸν
εἴρει τῆς θείας καὶ διδαμονος φυχῆς ἀπόστατ-
μα & σχεῖτον. οὐ γὰρ τεμνεταὶ δοξὴν τῆς Θείας
κατ' ἀπάρτιον, ἀλλὰ μόνον ἀπεινεταὶ. Ho-
minis mentem esse diuinæ ac beatæ
animæ ramentum ab ea non diuifum.
Nihil enim diuinæ naturæ deraditur
ac detrahitur, ſed extendit tantum.
Ambroſius lib. de Noë, Animæ ra-
tionalis ſubſtantia diuinus ſpiritus eſt.
Cic. lib. de ſomnio Scipionis, Homi-
nis animus datus eſt ex illis ſempi-
ternis ignibus, quæ sydera & ſtellæ
vocatis. Seneca de beata vita cap. 32.

Hominem diuini spiritus esse partem, ac velut scintillas quasdam astrorum in terias desiluisse, & alieno loco hæsisse. Martianus Capella l. i. Animam à Saturno λεγιστὸν, vim ratiocinandi, à Marte θυμητὸν, vim irascendi, à Mercurio ἐρωτητὸν vim interpreiandi, à Venere ἀπεθυμητὸν, vim appetendi, à Luna φυτικὸν vim generandi accepisse ait, à Ioue πολεμητὸν vim agendarum rerum, à Sole αἰσθητὸν vim sentiendi. Idem lib. i. ait animam ἐντελεχίας, id est absolutionis, seu perfectionis, & solis esse filiam, cui Iuppiter diadema dederit ab æternitate acceptum, sophia ἔννοιας, cogitationis & rationis speculum. Mihi imprimis probatur Porphyrius lib. Πετὴ τῷ Θεῷ τὰ νοντὰ ἀφορεῖται. Ήτάχη σοία ἀμερῆς, ἀύλος, ἀφθαρτός εὐ ζωῆ, οὐδὲ ἐαυτῆς ἔχεσσα τὸ ζῆν, οὐ κεκτημένη τὸ εἶναι. Anima essentia est impari- lis, materiæ expers, immortalis, per se viuere, & esse possidens. Philo lib. 2.

Allegor. Ψυχὴ τῆς μαντείας φύσεως ἐκμά-
χος, ἡ ἀπόστασις, ἡ ἀπαύγασις. Anima
beatæ naturæ expressa est imago, aut
ramentum, aut radius. Ouidius lib. I.
Metamorph.

*Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum.* — paulò pōst.

Finxit in effigiem dominantū cuncta Deorum.
Gregorius Nyssenus lib. de Anima, ex
traduce animas in corpora transmitti
putat. Sic enim ille, η ὁσπέρ τῆς ψυχῆς
τὸν διπλάσιον λαβέσσα τῷδε τῷ γεωπόνῳ οὐ γῆ
δένδρον ἐποίησεν, εἰς ἀντὶ τὸν Θρησκείαν συνθεῖσα
τῷ τρεφομένῳ σύναμον, ἀλλὰ μόνον τὰς περὶ
τὸν ἄνθητον ἀφορμὰς συνεῖσα τοῖς ἐγκειμένῳ, ἐπο-
φανεῖν. Καὶ τὸ ἔξ αὐτοῦ παραδίδοντα περὶ
αὐτοῦ φυτεῖαν (ita lego non φυτεῖον) Καὶ
ἀντὸν τεόπον πνὰ (ςων εἴ), ὅξει φύχεις ἐμψυχον,
εἰς τρεφομένῳ τρεφόμενον. Et ut terra cum
radicis ramentum aliquod ab agricola
sibi commendatum acceperit, arbo-
rem efficit, non ipsa vegetantem, &
alentem stirpi quæ alitur facultatem
indens, sed immitens ei tantum mate-

riam, ut augeatur, ita dicimus vegetatiuum illud quod ex homine decerptū ab hominis statum transmittitur, etiam ipsum quodammodo animal esse, ex animato, animatum, ex nutrito nutritum. Hoc planissime negant Theologi, & qui melius philosophantur. Neque enim in homine tres animas admittunt, vegetantem, sentientem, intelligentem, sed unam tantum intelligentem, quæ virtute & excellenter alias continet, quæque à Deo creatur, & infunditur, cum materia in utero conclusa ad formam recipiendam belle comparata est. Ante id tempus expurgatur quidem materia, sed neque mouetur, neque vegetatur, neque propriè alitur. Idem Gregorius à seipso paulò post discedit, & puncto temporis animam in corpus immittit ait. Εἰσελθετις φυχῆς εἰς τὸ σῶμα ἀναπτύξασθαι τὴ μὲν ὄργης εἰς τὸ οὐρανόν απέραντος, Introductio animæ in corpus est, ut eius quod

non est, ad esse progressio, (igitur
raymentum illud hominis quod à mare
in uterum fœminæ intromittitur, non
est animatum, cum animæ intromisso
sit ab eo quod non est ad id quod est)
conferta & motu carens. Et ut sole
ex oriente omnia puncto tempore illu-
strantur, & fides concordes longe
positæ simul mouentur ad pulsum ci-
tharæ concentus eiusdem, & harmo-
niæ sunt participes, ἀδέρα τίς δει καὶ
ἀρθρινόσως, Καὶ ὡστε πάλις ὅξαντεῖλαντος
ὅξαπναιων πάντα πεφώτισαι, Καὶ αἱ ἥρμο-
νειαι χόρδαι, καὶ εἰ πόρρωθεν τύχοιεν ὁσα
τελεῖς τὸν κίνητον τῆς κιθάρας ὄμοιως ἥρμοσμένης
οὐκ πινενται, Ηγέτης ὁ παλέυμος φεῦς ὅξαπ-
ναι τὸ πνεῖ τὰ μέσα μὴ πυροθέντος, Εἴδετε Κ
τὸ σῶμα ἀπεγον τόσον τῆς φυχῆς ἀνάπτεται; &
ντὶ πῆthes (φεῦς quid sit nescio, ἀφετη
dicuntur ulcera ignita in cutis superfi-
cie serpentina. Fortè ἀφετη legendum)
accenditur igne medio non accenso,
ita & corpus ab anima accenditur.
Idem putat eodem puncto temporis

quo semen in utero concipiatur foetum
animatum esse, simulque corpus & ani-
mam constitui, quod absurdum. A'λλα
μὴ ἐφιστεῖται τῷ φυχῶν τὴν γένεσιν, Καὶ μὴ τεω-
τέραν εἴ της τῷ σωμάτιον οὐκτηλάσσεως, ὡδεῖς
ἀν τῷ δὲ φρεγγύτων ψασθεῖσι φανερώ πᾶσιν ὄν-
τος ὅπερ ὡδεῖς τῷ αὐτούχον κίνητιν, Καὶ ἀμειπικὸν
δύναμιν ἔχει. Τῶν δὲ τῇ νήσῳ ἐντρεφομένων οὐτε
ἡ ἀνέγνωσις, οὐτε ἡ τοπικὴ κίνησις ἔξιν ἀμφίβολος.
Λείπεται οὖν μίαν Καὶ τὴν ἀυτὴν φυχῆς τε Καὶ
οὐσιατικῆς ἀρχῆς τῆς ουσάσσεως ὄντος. Nemini
qui sapiat dubium est, animæ genera-
tionem non esse posteriorem constitu-
tione corporis, cum sit omnibus ex-
ploratum nihil inanimatum moueri,
& nutriti posse. Neminem autem la-
tet eorum quæ in utero aluntur, incre-
mentum & motio in loco. Vnde se-
quitur unam, & eandem corporis &
animæ constitutionem esse. Fallitur
Nyssenus. Ante quadragesimum à
conceptu diem neque mouetur foetus,
neque alitur, sed concrescit semen, &
purgatur, ut animam aduentantem

extrinsecus admittat. Melius igitur Choniates, lib. de Anima. Τὰς ψυχὰς σὺν δύο τῷ μετερμόριῳ ἀνθίσκεται βαλλομένας, ἀλλά δύο τῇ τετταρεστὶ συμπίκτει, περὶ τῆς γένεσιν ἐπὶ τῷ δεινότητι εἰς πνεομένας καθίστηται θεῖ. Ostendit animas non vi seminis in corpus transmitti, sed simulatque semen coauerit, & ad generationem aptum fuerit, à Deo in materiam infundi. Nemesius eas creari ait lib. de Anima κτίσεως τὸ κεάνσον ἔργον δέ τοι ὅντας ποιεῖν. Εἰ τοίνυν δέ ἀλληλογενίας εἴ, ψυχὴ γίνονται, λέγω περὶ τοῦ περίστατος γίνονται, Καὶ φθαρταί εἰσιν καθάπερ τὰ ἀλλὰ τὰ ἐκ διατομῆς γένους γενόμενα. Εἰ δὲ δέ τοι ὅντας καθίστηται γίνονται, κτίσεις δέ τοι γενόμενη. Creatio-
nis fortissimum opus, ex ijs quæ non sunt aliquid efficere. Si igitur animæ fiunt quod alia ex alia generetur, ratione prouidentiæ fiunt, & sunt mor-
tales ut cætera quæ per successionem generis proseminantur. Quod si ex ijs ducuntur quæ non sunt, creatio est id quod sit. Nec audiendus est

Apollinarius apud Nemesium, qui putat animas filiorum à parentum animabus generari, ut è corporibus corpora generantur, quia sui aliquid animæ imparciles deperderent. Α' πολινα-
 είω δοκεῖ, τὰς ψυχὰς δπο' τῷ ψυχῶν πίκτει.
 Ως δπο' τῷ σωμάτων σώματα. Προίεναι γδὲ τὸν
 ψυχὴν καὶ σάρκον τῷ φρέστῃ αἰθερόπῃ, εἰς
 τὰς ἔξεινα πάτερα, παθεῖ περ τὸν σωματικὸν
 σάρκον. Μήπε γδὲ δποκεῖσθε ψυχὰς, μήπε τοῦ
 κτίζεσθε. Τὰς γδὲ ταῦτα λέγοντες σύνεργος τὸν
 Θεὸν ποιεῖν τοῖς μοίχοις. Καὶ γδὲ, εἰ τέτοια
 παντὶα τίκτεται. Putat Apollinaris animam per successionem primi hominis in eos omnes qui ab eo sunt orti procedere, ut & corpoream successionem. Neque enim animas iam olim creatas alicubi repositas esse, neque nunc creari. Eos enim qui hoc defendunt, ait Deum efficere mœchis administrū, & participem, cum ab ijs filij generentur, quibus Deus animam imperiret. Nemesius falsam eius sententiam esse scribit, quia homines ideo-

generant & generantur, ut mortalium
genur perennet. Nouit enim Deus
eum qui ex scortatione suscepimus est,
in vita utilem alijs, aut sibi ipsi fu-
rum, & ideo patitur animari fœtum,
ut in Solomone passus est. Deinde
concurrere Deum ad naturales ope-
rationes, nec in eo concursu quicquam
esse peccati confessum est, quia Deus
ad depravationem voluntatis non con-
currit. Operatio enim secundum na-
turam bona est. Creatio vero animæ
cum à Deo sit auctore naturæ, est lon-
ge optima, ait Nemesius, qui falso
putat Solomonem ex adulterio natum.
Ænesius Platonicus lib. de anima,
Creari animam à Deo, & in corpus
infundi docet. Διὰ τὸ γὰς ἡμετέρας ψυχὰς
λογικὰς ἔσται ὁ Θεὸς ἐπὶ καὶ τὸν περιβάλλεται
τελείωμα τῆς ἀνθρώπινης, καὶ σύμπον-
τιαν περιφερεῖται, ὡς δὲ ἐνὸς μημεργεῖ πάντα.
Ἐπὶ μᾶς ἀρχῆς πάσαι λογικὴ, καὶ τοιεὶδε θύ-
μος ἐστία περιβάλλεται, καὶ ἐπὶ περιέστι. Ideoque
animas

animas nostras rationis compotes ho-
diéque Deus creat vt specimen edat
suæ potentiaz, vt doceat nos de ijs quæ
antefacta sunt, quod ab uno opifice
omnia, & uno principio omnis poten-
tia & substantia ratione & intellectu
prædita profecta est, & proficiscitur.

Oīον ἀμελεῖ καὶ τοῖς θεατίοις σώμασι πεποίηκε,
πὸν σελήνην μόνην ἀσέρφων παρῆκε φάνετον καὶ
ἀφίεναι τὸ φῶς, καὶ πάλιν ἄρχεις, Εἰ νεωτέρες
γίγνεσθ, ως ἀν μηδὲν τῇδε ἀνω σωμάτων ἀγχόνην
ἔσσονταισαντες, ὅπ' ἀλογίας τηπάθωμα. Οὐ' αὐτῷ
οὖν ἐπ' τῷ ἐχάρτῳ τῇδε ἀσέρφων ἀρπ φανέντος καὶ
ἀφανιζομένος, Εἰ τέστιν ανωτέρω, γίγνεις παιδευομέ-
δα, ἔτι δὲ τῆς τελευταίνης λογικῆς θύσιας τῆς αἰ-
θεροπείας ψυχῆς νεωτὶ περιβαλλομένης, καὶ τὰς
περὶ ἀντῆς λογικὰς διωάμεις ἐπ' τῷ δημιουργῷ
γίγνεις παιδεύομεδα. Quemadmodum &
in corporibus cælestibus fecit. Lunam
solam ex omnibus erronibus permisit
occidere, & lumine orbari, & rursum
incipere, ac inuouari, ne aliquod supe-
riorum corporum ingenitum esse sus-
picati, aliquid per inconsiderantiam

patiamur. Ut igitur ex ultimo errore
 iam ex oriente, iam occidente, & su-
 periora corpora creata esse docemur,
 ita ex ultima substantia rationali ani-
 ma hominis nuper prodita, etiam alias
 ante hanc rationales potestates ab eo-
 dem opifice creatas docemur. Neme-
 sius lib. de Anima. Οὐ πυθαγόρεας δείσας
 οὐ τὸν φυχὴν ἀειθμὸν ἔχοντὸν κινῆσαι, ὃν δὲ
 ἀειθμός οὗτος οὐ φυχὴ, ἀλλὰ δέ τις ἐν τοῖς ἀειθ-
 μοῖς οὗτος, οὐ τοῖς πεπληθυσμένοις, καὶ δέ τις
 οὐ φυχὴ οὗτος οὐ δικαιεῖντος τὰ τεφύματα τῷ
 μορφᾷς καὶ τύπῳ ἐκάστῳ θηβάλλειν. Αὐτὸν γάρ
 οὗτος οὐ τὰ ἴδια εἴδη διπο' τῷ εἴδων χωρίζειν
 ἀντὰ διποφάνιατα, τῆτε ἐπειρύπη τῷ εἴδων, οὐ
 τῷ πλήθει τῇ ἀειθμῷ. Pythagoras, in-
 quirit, definit animam numerum seip-
 sum mouentem. Non quia anima sit
 numerus, sed quia est in numeris, &
 in ijs quæ multa sunt, & quia anima
 est quæ discernit res, eo quod formas
 & figuræ singulis apponat. Anima
 enim est quæ formas à formis separat,
 & diuersas eas ostendit. (Deleo ἕδε)

quia aliæ sunt ab alijs, & multæ numero. Sententiam Pythagoræ ita euerit. Numerus quantitas est, non item anima, sed substantia, & subiectum. Deinde numerus est continuus, anima non continua. Numerus aut par est aut impar, neutrum anima. Numerus addito numero augetur, Anima non item. Existimo Pythagoram, qui Deum vnitatem esse dixit, animum numerum appellasse, quia & Deus est supra omne id quod est, ut vnitas supra omnem numerum, & anima numerus est, qui ab vnitate transcendor, id est à Deo qui vnum est, cum tamen animæ sint plures. Verba Nemesij sic habent. Οὐαὶ θυμὸς πόσον ἔστι, ἵνδὲ φυχὴ & πόσον, ἀλλ’ ζοία, Καὶ τῶνειμένον. Εἴ τι οὐ φυχὴ σωματικὴ ἔστι, οὐ δὲ θυμὸς & σωματικός. Αὐτὸς οὐτοις ἄρτιος, οὐ πέπειτος, ψεύτερος δὲ οὐ φυχή. Εἴ τι δὲ θυμὸς κατὰ φερόντην αὐξεται, οὐ δὲ φυχὴ κατὰ φερόντην ἀλλα αὐξεται. Manichæi dicunt animam immortalem & incorpoream, vnam autem esse omnium diuisam, &



sectam in singula, & plura corpora,
cum animata tum inanima, & alia
quidem plus, alia minus vniuersam
illam animam participare, animata
plus, inanima minus, longè plus
cælestia, quasi singulorum animæ sint
partes animæ vniuersæ. Φασὶ μὲν οἱ μα-
νιχῖοι ψυχὴν ἀθάνατον καὶ, σῶματον, μίανδε
μόνην εἶναι τὸ πάντων κατένερματ, ζομένην, καὶ
τεμνομένην εἰς τὰ καθ' ἔντα σώματα, ἀλλ' ψυχά τε καὶ
ζευψυχά, καὶ τὰ μὲν πλείονος ἀντῆς μετέχειν, τὰ δὲ
ἐλάττωνος. Πλείονος μὲν τὰ ζευψυχά, ἐλάττωνος δὲ
τὰ ἀλλούχα, πολλῷ δὲ πλείονος τὰ ἐπέρεαντα, ὡς τῆς
καθόλου ψυχῆς μέρη τὰς καθ' ἔντας τῇ ψυχάς.
Ridiculi erant Manichæi qui corpora
inanima, vniuersam illam animam
in parte sortita esse dicent, nisi si
fortè vniuersam illam animam Deum
vocant, qui res animatas & inanimas
fouet, permeat, amplectitur, & susten-
tat. Addit ille, Manichæi substantiam
animæ illius in partes sectā esse aiunt,
& propriè illam esse in elementis, qui-
bus diuisa sit in corporum generatio-



ne, & rursus partes illas redire in vnu
& idem solutis corporibus, vt cum per
varios aqua tubos secatur, & rursus in
vnum alueum redit, & miscetur. Et
animas quidam puras, & integras ad
lucem ire, inquinatas autem à materia
abire in elementa primum, ex ele-
mentis in plantas, & animalia, & ita
substantiam eius discidentes, & cor-
poream ostendentes, & affectibus
subijcientes immortalem tamen esse
dicunt. Quod ineptum & absurdum.
Anima enim illa vniuersa si spiritalis,
& incorporea est, magnitudine caret,
nec diuidi potest, vt nec puncta, nec
monades. Si diuidi nequit, ex æquo in
singulis tota esset, eandemque haberet
vim. Τὸν δοῖαν ἀντῆς τῆς ψυχῆς καταμεί-
ζεις λέγεσθαι καὶ κυρίως ἀντὴν εἰν τοῖς σοιχείοις
εἴρης βέλονται, καὶ συμμερίζεις τύποις εἰν τῇ
τῇ στομάτων γένεσει, καὶ πάλιν εἰς ταυτὸ σωμά-
τιν διαλυομένων τῇ στομάτων, ὡς ὑδωρ μετεῖ-
μνον, καὶ μιγνύμενον. Καὶ τὰς μὲν καθαρεῖς ψυχὰς
χωρεῖν εἰς τὰ σοιχεῖα, Εἰ πάλιν δπο' τῇ σοιχείῳ

eis τὰ φυτὰ, καὶ τὰ ζῶα, Καὶ τὸ τὸν θόιαν ἀνῆς
κατατίμοντες, Καὶ πάθεσιν τωβάλλοντες ἀθάρ-
τη εἶναι φασι. Plato & vnam & plures
esse ostendit. Vnam enim esse vniuersi
animam, esse autē & alias in rebus sin-
gularibus, vt vniuersum quidem pecu-
liariter animatū sit ab vniuersi anima,
peculiariter item res singulares à pro-
pria cuiusque anima. Ait igitur ani-
mam vniuersi extendi à centro terræ
ad fines cæli, non ratione loci animam
extendi docens, sed secundum intel-
lectum. Hanc autem animam esse quæ
circumagit id quod forma corporea
est in mundo. Egere enim corpora
substantia, qua contineantur. Id au-
tem facete specificam animam. Vnum
quodque enim eorum quæ sunt viuere
propriam vitam, & interire proprio
interitu. Quandiu enim continetur,
& simul deuincitur, corpus esse dici-
tur. Cum dissoluitur, corrumpi &
viuere quidem omnia, sed non omnia

esse animalia. Discernunt autem ab inanimis stirpes, quia augentur, & aluntur, nutritore & vegetante facultate. Animalia rationis expertia à stirpibus, sensu. Rationalia à ratione carentibus, sermone, & ratione. Dicunt igitur omnia inanimata viuere vitam constituentem, quatenus ab anima vniuersi continentur, ut sint tantum & non dissoluantur. Hanc autem animam esse quæ vniuersum regit, & quæ singulares animas prius à Deo rerum architecto factas mittit, cum summus opifex, & ei leges dederit quibus vniuersum hoc temperare debeat, & præbuerit vim sufficientem per solertiam. Hanc animam vocat emarmenen, seu fatum. Hic etiam Plato peccat. Vel enim anima mundi forma est vniuersi huius, vel non. Si forma est, ergo vniuersum hoc ubique animatum est, & viuens, quod falso. Si forma vniuersa non est, sed tantum

motrix, quid ea opus est, cum cælestia corpora, & elementa vi formæ suæ moueri possint. Anima nihil est eorum quæ in alio insunt, non in se, quia enim eiusmodi sunt, (vulgo accidentia vocant) esse incipiunt & desinunt sine subiecti interitu. At anima separata omnino corpus corrupit. Non est igitur anima in corpore ut accidens in subiecto, sed ut forma in eo quod perficitur, ut continens in eo quod continetur. Πλάτων δὲ καὶ μίαν εἶναι, τούτην πολλὰς τὰς φυχὰς διπορεύεται. Μίαν γὰρ μὴν δῆ τὸ πάντος τὸν φυχὴν, δῆ δὲ τὸ ἄλλας τὴν καὶ μέρες, ὡς οὐδὲ μὴ τὸ πᾶν ἐν φυχῷ οὔσον τὸν τὸν πάντος φυχῆς, οὐδίᾳ δὲ πάλιν τὰ καὶ μέρες οὔσον τὸν οὐδέτερον φυχῆς. Λέγει γοῦν, τὸν μὲν τὸν πάντος διποτερᾶς φυχὴν διπόν τὸν πέντερα τὴν φύσιν τὰ πέντε τὰ φύσεις, καὶ τοπικῶς ἀντὶν διποτερᾶς φάσιων, ἀλλὰ νοντῶν. Ταύτην δὲ φυχὴν δῆ τὸν πεντάγετον τὸ σωματοειδὲς τὸ πότιον. Δεῖθεν γὰρ τὰ σώματα τὰ σωμάτων. Ποιεῖν δὲ τότε τὸν εἰδοποιὸν φυχὴν. Σῦν γὰρ ἔκαστον τὴν οὐτουν τὸν οἰδιαν ζωὴν, καὶ φθείρεις τὸν οἰδιαν φθορὰν. Εἴως μὲν γὰρ σωμάτων, Καυσφίγγεται.

τὸ σῶμα ἐνι λέγεται. Διαλυόμενον δὲ φθείρεται.
 Καὶ οὗ μὲν πάντα, μὴ πάντα δὲ ἐν ζῷα.
 Διακείνεται δὲ ἀπὸ μὲν τῆς ἀφύγων τὰ φυτὰ τὰ
 ἀνθεῖσας καὶ τὰ τρέφεται, τάτεται τῇ θρηπτικῇ μνιά-
 μει. Τὰ δὲ ἄλλα ζῷα διποτὲ τῆς φυτῶν τῇ αἰωνίοις.
 Τὰ δὲ λογικὰ διποτὲ τῆς ἀλέγων τὰ λογικά, καὶ
 λόγω. Ζῆντι λέγεται τὰ πάντα ἄφυχα ἐκπικήν
 ζῷαν, καθόσιώχεται διποτὲ τῆς τὰ παντὸς φυχῆς,
 εἰς τὸ ἐνι μόνον, καὶ μὴ διελεύεται. Ταῦτα δὲ
 τὴν φυχὴν τὴν κυβερνῶσαν τὸ πᾶν, καὶ τὴν
 τὰς μερικὰς φυχὰς τὰς ωφέτερην καίτε τὰς δη-
 μικρῆς γένουσιας ἐπίπεμπεσαν, μηλάδη ἀπὸ
 τῆς δημικρῆς Εὐόμυς ἀντὶ μεδωνότος καθ' οὓς
 σιεῖσίν τοι διφέλει τόπο τὸ πᾶν, οὐν Εἴμιδρεντην
 καλεῖ, καὶ χορηγῶντος μύναμιν ἀρκεῖσαν δέ οὐ-
 νοίας. Nemesius φυχὴ εἰδέν εἶται τῆς ἔχοντος
 ἐν ἄλλῳ τὸ ἐνι. Ταῦτα γένονται, καὶ διπο-
 γίνεται χωρίς τῆς τῶν ταντοκειμένων φθορᾶς. Τῆς δὲ
 φυχῆς χωριζομένης τὸ σῶμα πάντως φθείρεται.
 Aenesius Platonicus. Αἰγυπτίοις δοκεῖ τὴν
 ἀντὴν φυχὴν καὶ ἀνθρώπου, καὶ βεβη, καὶ κύνα,
 καὶ ὄρνεον, Εἴθεν μεταμόρφεται. Πλάτων τὰς
 τῆς ἀνθρώπων ἔφη φυχὰς εἰς τῷ δὲ τῷ βίῳ ἐπιλη-
 γομένας εἰς γυναικας ἀναβιῶνται, κακίας δὲ ἐμ-
 πεπλησμένας εἰς θηρία καταβαίνειν, Εἴ τοις μὲν
 χερσαίοις σωδειτάσθε, τοῖς δὲ πτηνοῖς συμπί-
 τεσθε, καὶ τοῖς ἐνύδροις σωαγελάζεσθε. Εἴ φαίστω

τὰς τέως πλεονεξίας ἐπαιρεμένυς, καὶ τερψίς ἀρπα-
γάς ἑτοίμας ἔις ἵκ' πηντε, καὶ λύκος μεταβάλλει.
Τὸν δὲ τέως ὅπιθυμιῶν δεδυλωμένον, ἐις τὰς
ὄντες ἀπελάυνει. Γάμβλιχος οὐδὲν φύειος κα-
ταγόνσαντες ὡς ἄλλη λογικῆς ψυχῆς οὐδείς, ἄλλη
δὲ οὐ ἀλόγη, οὐδὲν μετανίσανται, ἀλλ' ὡσαύτως
ἔχοντιν αἱ θύσιαι, οἵστε τὸ τεφτὸν τεφτῆλθον,
Οὐ γὰρ τὸ λογικὸν τῇ ψυχῇ συμβεβηκός, ὡς
μεταγενεῖν, ἀλλ' θύσιας διαφορὰ βεβαίως ιδρυ-
μένης, καὶ δόλως ἀδινέατη τὸν λόγον ἐις ἀλογίαν
μετατίθεται, οἷαν οὐδὲν τὸ ἀλογον φήσεσι οὐφαρπά-
ζειν τὴν λόγην τὴν φύσιν. Μεταβάλλοντες οὐκ ἐις
ὅντον φασίν, ἀλλ' ἐις ὄντωδην αὐθεφτον αὐτοβιώντα
τὸν αὐθεφτον, οὐδὲν ἐις λέοντα, ἀλλ' ἐις λεοντώδην
αὐθεφτον. Συειλανδος, καὶ οὐ τερψιλος τὴν τερψί-
στραγήν παρεικασμένην ψυχὴν οὐκ ἐις ἵκτινον, οὐ
αὐθεφτον ἵκτινώδην μεταβάλλεται λέγεται, ἀλλὰ
τὴν αὐθεφτοπειαν ψυχὴν τῇ ἀλόγῳ τὴν ἵκτινην ψυχὴν
συαδεδέδεται, καὶ τερψιμένειν τὴν ἵκτινην ψυχὴν,
καὶ συμπότεται, καὶ θυτος τῆς πυμωειάς οὐ τερψίπος.

Aenesius Platonicus, scribit Aegyptios
existimare eandem animam & homi-
nem, & bouem, & canem, & auem,
& piscem induere. Plato aithominum
animas in hac vita effeminatas in mu-
lieres migrare si reuiuiscunt, malitia

plenas abire in feras, & cum terrestribus degere, cum volatilibus volare, cum aquatilibus congregari. In phædro docet eos qui auaritia abripiantur, & ad rapinas prompti sunt, in Vultures & lupos mutari. Eum qui seruiat voluptatibus ad asinos amandat. Iamblicus & Porphyrius intelligentes aliam esse substantiam animæ ratione præditæ, aliam ratione carentis, neque mutari inter se, sed ut primum conditæ sunt, ita semper habere se. Neque enim ratio est aliquid adventitium animæ, ut adesse & abesse possit, sed differentia substancialiter stabilitæ, & omnino ratio in id quod ratione caret mutari nequit, nisi dicant id quod ratione caret arripere posse rationis naturā. Illi igitur aiunt homines flagitosos aut inertes mutari non in Leones, sed in leoninos homines, non in asinos sed in homines asininos. Syrianus & Proclus animam ad

rapinas propensam non in vulturem
mutant, nec in hominem vulturinum,
sed humanam animam ratione prædi-
tam cum anima vulturis ratione ca-
rentis colligari & permanere, & simul
volare: dicunt hoc esse pœnæ quam
patitur genus.

*ANIMAM HOMINIS
incorpoream immortalem esse.*

CAP. V.

 NIMAM hominis corpus esse
Stoici putarunt, alij ferme
spiritum corpore carentem.
Diogen. Laërtius, φυχὴν πνεῦμα ἔι, διὸ
καὶ σῶμα. Animam spiritum esse ideo
& corpus. Animam quasi ἀνεμον ven-
tum dici volunt. Chrysippus apud
Plutarch. animam ait spiritum esse, id
est corpus rarius, & partium tenuiorū,
σῶμα ἀργιόπερ, καὶ λεπτομερέσερ, adeo ut

vix corpus esse videatur, & vt cum Tertulliano loquar, præ ipsa tenuitate de fide corporis periclitetur. Plato in Timæo, vt docet Eusebius lib. 13. præparati Euangel. animam immortalem constituens, & diuinæ similem, interdum substantiam eius compositam ait, quasi partem quandam causa imparialis, & semper eodem modo se habens induxit, partem natura corporea partilis. Τὴν φυχὴν ἀθάνατην ψυχήν τοι Θεῖω δργίαιν αὐτὴν εἶπον, πότε μὲν αὐτῆς τὴν φύσιαν οὐώδετο εἶναι φυσιν, ὡς αὐτὴν μέρος μὲν τὸ ἐπαγγελμένης τῆς ἀμετίστηκτης θεοῦ καὶ ταῦτα ἔχεσσιν αἵτιας, μέρος δὲ τῆς τοῦτο τὰ σώματα μετεισῆς φύσεως. Verba Platonis idem apponit. Seneca scribit Sextum patrem, & filium disciplina Stoicos hanc super omni anima tulisse sententiam, incorporalis, inquit, omnis est anima, & illocalis, atque indeprehensa vis quædam, quæ sine spatio capax corpus haurit & continet. Phe-

recides primus omnium animā posuit
incorpoream & immortalem , deinde
discipulus eius Pythagoras, & auditor
Pythagoræ Zamolxis apud Thraces
eandem de anima sententiam publi-
carunt. Sed ea de re quædam è scriptis
codicibus nondum vulgata audiamus.
Ænesius Platonic. lib. de anima his
rationibus nititur. Anima , inquit,
neque corpus , neque pars corporis
est, cresceret enim crescente corpore,
decremente, & labefacto decreceret,
sed eam decremente corpore augeri
maxime videmus. Deinde cum cor-
pus animatum moueatur , exanime
sit immobile , aliquid abesse necesse
est quod non sit corpus. Sicut enim
ars cytharœdi non crescit , aut mi-
nuitur ob concordiam, aut discordiam
fidium , & si fortè chiragricus est arti-
fex , non minus perite præscribit do-
cumenta artis , quam si articulos om-
nes experiatur , ita & anima cum

affecto corpore non afficiatur, neque corpus est, neque pars corporis, aut aliquid è corpore aptum. Iam verò corpus omne continens, aut contentum, contenti aut continentis modo seu quantitati respondere debet: quod enim amplius est, ampliori vase, ut contineatur, eget, & maiora quæ contineat ac plura requirit. Anima verò paruo continetur corpore, continetque res maximas, cælum, terram, maria, quorum quantitati non respondeat, vnde consentaneum est eam non esse corpoream. Adde quod nullum corpus formam alterius recipit, quin suam afficiat, & immutet, cum formæ se inuicem expellant, quod in ligno ignito, in aqua calida patet, sed anima formas rerum variarum recipit, nec afficitur aut immutatur, sequitur ergo non esse corpoream. Ad hæc, res omnes sensibus vehementius incurvant, sensus debilitant, ignis acrior

nocet tactui, sol splendidior oculis,
quæ omnia rationali animæ non no-
cent, non igitur ea corporea. Hoc
amplius, quod perficit operationem
perficit essentiam, at operationes ani-
mæ quo minus materia est, perfectio-
res sunt, anima ergo perfectior fuerit,
si omnino materia careat. Verba Græ-
ca proferrem nisi fastidium vererer.
Plutarch. lib. 4. de placit. Philosoph.
Thales, Pythagoras, Aristoteles, aliq;
plures animam corpore carentem esse
aiunt, & eam per se moueri, essen-
tiāmque esse intellectilem, & corporis
naturalis organici vitam habentis per-
fectionem. Anaxagoras animā aëream
& corpoream posuit. Stoici spiritum
calidum, Democritus calidam concre-
tionem ex ijs quæ ratione contemplari
possimus, sphæricas species habenti-
bus, igneam autem vim animam esse
dixit, ideoque corpus. Epicurus ἡγάμα
ἐν περιστροφῇ ποίει πυρόδυς, ἐν ποιεῖ αἰρόδυς,
ἐν ποίει

ἐπ ποίας πνευματικῆς, ἐπιτεάρτης πνὸς ἀνατανο-
μέσεως δὲ τὸν ἀντεῖλανθητόν. Temperatio-
nem ex quatuor, & igneo, aëreo, spi-
rituali & ex quarto aliquo non nomi-
nato, quod erat ei, sentiendi vim ha-
bens. Heraclitus animam mundi ex-
spirationem ex ijs quæ in ipso humida
sunt, animam in viuentibus ab extrin-
seco & intrinseco exspirationem esse
naturæ eiusdem. Chroniates audien-
dus lib. de Anima. Η' Φυχὴ σώματος
ἡ ὄργανω χεῖται τῷ σώματι, η ἀχέρεισος δέτι
ἀπε. Α' λλ' εἰμέν τοι τούτην, ὃν αὐτογνάζε-
ται δέχεται τὰ σώματα πάθη. Εἰ δὲ ἀχέρεισος,
η κένεσται τοφές ἀπό, η διαπέπλεκται η ὡς
ἔνυλοι εἰδός δέτι. Α' λλ' εἰ μὴ κένεσται ὥκη Φυχὴ^ν
αἰδεύεται καὶ πάχει, ἀλλὰ τὸ ἐψυχωμένον σῶμα,
εἰ δὲ διαπέπλεκται, διωατὸν τὸν Φυχὴν ἀπαθῶς
μένειν τῷ σῶματος πάχοντος κακῶς, ὅπερ τὸ
φῶς ἀκίνητον τῷ αἴσθετο μετεβάλλοντος. Εἰδές εἰδός
δέτι ἔνυλον, τὸ σωματότερον αὐτὸν εἶναι, τὸ δὲ εργῆσαι
καὶ πάχον, ἀλλ' ὥκη η Φυχὴ. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῷ πε-
λένεως, ἐχὲ τὸ χῆμα μόνον δέτι τὸ τέμνον, ἀλλὰ
τὸ σωμάτον, δὲ πέρ δέτι ὁ σίδηρος, οὗτος ἐχημα-
πομένος. Εἰδὲ ἀντεῖλανθητόν εἰδός δέτι η Φυχὴ ἀδικίαστη

δικτυον εἰναι μάτιν τῷ ποιέσσον παθημάτων, ἢ
γάστερι ἀς οὐδὲ σώματος θέλαδέχεται πέφυται.
Anima, inquit, existens in corpore
aut utitur eo quasi instrumento, aut ab
eo separari non potest. Si utitur cor-
pore ut instrumento, non cogitur affe-
ctus corporis suscipere: si ab eo sepa-
rari nequit, vel cum eo confunditur,
vel implicatur, aut est quasi forma
è materia coniuncta; si confunditur
cum corpore, anima non sentit, &
patitur, sed corpus animatum. Si im-
plicatur cum eo, potest anima non
pati corpore male affecto, ut lumen
non mouetur cum aëri mutatur. Quod
si est forma è materia coniuncta, non
ipsa anima patitur, & agit, sed quod
ex anima & corpore conflatum est.
Nam & in securi non est forma sola
quæ secat, sed quod è ferro & forma
constat. Quod si forma est materiæ
expers anima, eiusmodi affectus susci-
pere nullo modo potest quos natura

non patitur suscipi nisi per corpus. Apud Eusebium Plato lib.13. præpar. Ψυχὴν δέ ἀπαθεῖς καὶ παθητῆς εἰσὶς οὐσίαι
τὸν τὴν Θεόν, ὡς ἐκ λόγου, καὶ μέλανος τῷ μέ-
σων πρωτότον φοσίν. Αὐτάγαντι γοῦν χρόνῳ διέ-
σάστες ἀντὸν γηγομένης ἀφανισθῆναι ἀντὶν ὡς
τὴν τὴν μέσον χρώματος ούσασιν, ἐπὶ τὰ οἰκεῖα
ἔνθετο δέ ὡν σωμένην χρόνῳ φίσῃ χωριζόμενός,
εἰ δὲ τότε, φθαρτὴν διποφανεῖμδρον, ἀλλ' ἐκ αἰθάνα-
τον τὴν ψυχήν. Plato animam ex substan-
tia quæ pati possit, & pati non possit
à Deo compositam, vt aliquid ex albo
& nigro medij coloris ait. Necesse est
igitur lapsu temporis eam deleri disci-
dio harum partium facto, vt & medij
coloris constitutionem, vno quoque
eorum ex quibus componitur in pro-
pria tractu temporis separato. Quod si
ita est, animam mortalem esse declara-
mus. Si enim confessum est omnia
quæ in rerum natura sunt ex contrarijs
esse conflatæ à Deo, qui ea interse-
deuincit, humidum cum sicco, frigi-
dū cum calido, leue cum graui, album

cum nigro, dulce cum amaro, durum
cum molli, quod pati potest cū eo quod
pati nequit, & quæ mixta sunt tempo-
ris diuturnitate à se separari possunt,
necessæ est animam è patibili, & impa-
tibili conflatâ aliquando deleri posse.
Plotinus negat animam cogi ut susci-
piat affectus corporis, quoniam neque
artifex instrumentorum affectus in se
recipit. Μὴ αὐταγκάζεσθαι δέχεσθαι τὸν φυχὴν τὰ
πάθη τῷ σώματος ἐπεὶ μηδὲ τεχίτης τὰ πάθη τῷ
δρյάτῳ δέξατο αὐτό ποτε. Αἰδήνος δέ φασι χρῆστα
ἀναγκαῖον. Τὸ γὰρ δῆλο σώματος ἀνεργῶν θορὸν
ἔχει τὸν αἴσθητον ἡτα δι' ἀντῆς γνώσκει τὸ δέξατεν.
Εἰ δὲ οὐ κατόπιν τὸν αἴσθητον θεῖται, τὰ πάθη τῷ σώ-
ματος ὡς δηθοεῖται ἐπ' ἀντῆς. Εἰ δὲ οὐ ἔρχεται,
ἀλλὰ εἰς τὸν αὐτῆς ἔρχεται, ἀλλὰ εἰς τὰς διωά-
μοις οὐ τὰς ἀνεργειας ἀντῆς. Necessæ est au-
tem ut sensu vtatur. Quod enim agit
per corpus, ministerio sensuum eget
ut per eos percipiat ea quæ extra sunt.
Si igitur anima est incorporea, ut est,
affectus corporis ad eam non pertine-
bunt, aut si pertinebunt non ad sub-

stantiam eius, sed ad facultates & operationes eius peruadent. Plotini verba non plane afferunt animam incorpoream, sed eam ab affectibus corporis, siue corporea sit, siue incorporea liberam esse ostendunt. Disertius Plato in Timæo. Εἰ γὰρ μὲν ὅφεσι φῶτος ἀναλαβούμενος δύνεται φωτειδῆς, καὶ οὐ ψυχὴ τὰς ἀσωμάτους ᾖδεις λαμβάνουσα καθά περ τὰς ἐν τοῖς αἰσθημοῖς ἐν τοῖς πέρεσι τῷ σωματίῳ, γίνεται πιὸ ἀσώματος. Platonis ratio efficacissima est, hoc argumento. Quale est quod obijcitur facultati, talis etiam est facultas: color, odor, fapor, sonus, corporis sunt, vnde & sensus corporei. Numeri & Mathematicæ formæ à corpore auelluntur ut ab anima percipi possint, vnde animam à corpore auulsam esse necesse est: ait igitur, & enim si visus lumine accepto statim est lucidus, & anima ideas incorporeas, ut eas quæ sunt in numeris, & corporum dimensionibus, ac finitionibus recipiens, sit

quædam incorporea. Anima certè incorporea est, quia corpus sui minoribus partibus minora implet, maiora maioribus, atqui anima est indiuisa impariliter, ut loquitur Arnobius, & tota est in toto, & in singulis partibus, & ad totum permaneat quod non est in toto. Adde quod anima senum emortuo penè corpore viuacior est, vnde animam incorpoream esse deprehendas, ait Nemesius. Antisthenes ergo malè censuit animas ὄμοιοχήμορας fuisse τοῖς σώμασι, eiusdem figuræ cum corporibus. Chrysippus animas esse σφαιρεῖδες orbicularis figuræ, quia res tantum corporatæ figurantur, ait Eustathius ad Homer. p. 834. 1288. Sextus Empiricus, animæ inquit, tenuium existentes partium, nec minus igneæ, quam spiritales, sursum maximè ferruntur, & in seipsis manent, nec ut malè sentit Epicurus, corpore solutæ fumi instar effluunt. Nullum enim

corpus eas discernebat, sed ipsæ corporibus causæ sunt ut maneant, multoque magis ut sint, ipsæ sibi causæ sunt. Extorres enim solis ac exules existentes locum subluna inhabitant ubi ob puritatem aëris maiorem ut permaneant locum accipiunt. Λεπτομερεῖς δύσαν, καὶ ὡκῆτον περιέδεις, ἢ πνεύματά τόδεις αἰψυχαὶ εἰς τὰς ἄγρα μᾶλλον τόπους παφοφορύσαι, καὶ καθ' ἀντὰς δὲ δύσμενας, Καὶ ὡκῶς ἐλεγχοῦ ἀπίκερες διπολυθεῖσαν τῷ σωμάτιον κάπνις δίκην σκίδνανται. Οὐδέποτε δὲ περιέργη τὸ σῶμα δύσκειπκὸν ἢν ἀποτελεῖ, ἀλλὰ ἀποτελεῖ τῷ σώματι συμμορίς εἰσιν αἰπαί, πολὺ δὲ περιέργη Καὶ οὐδέποτε. Εἴκηποι γὰρ ἡλίας γενόμενα τὸν ὥστη σελήνης οἰκεῖον τόπον, ἔνθα δὲ τε δύσα τὴν εἰλικεινέαν τῷ αἵρεσι πλειόνα περιέργη δύσμορὴν λαμβάνειν τόπον. Αeneus Platonicus animas incorporeas esse diserte ostendit. Εἰν ταῖς λογικαῖς δύσιας δὲ σενοχωρεία τὸ πλῆθος. Εἰν γὰρ τὰ πάντα, καὶ ἔκαστον δύλον πλήρωσε, Καὶ πάντα τὸ δύλον ὥστε δέχεται, Καὶ ὡκὲ μακόδιον ἄλλο ἄλλω, καθάπερ τὰ ἔντυλα σώματα. Εἴπει καὶ τοῖς φυτοῖς τῷ νῦν λεγομένων ἐιδωλα φαίνεται. Εἴξενδρος βλαστίματα μυεῖται τέμνεται. Εἴκασον δὲ τῷ

διποτεμνομένων τὸ ὄλον τῆς ζωῆς. Ω's τῇ γῇ
δοθέν βλαστίνει, Καὶ τῆς ζωῆς τὸ ὄλον τὸ μεγάλω
δένδρῳ ὁμοίως ἐμένει. Καὶ τότε ἐνὸς ἀπειρα τὰ
γνόμονα, Καὶ τοῦ ἀπαντεῖ, Καὶ τότε τότε γνούμε-
νων καθ' απειροὺς ἐκείνων τότε τότε γνούμονα.
In substantijs ratione præditis, multi-
tudo non auget locum omnia enim
sunt vnum, & vnum quodque totum
implet, & totum omnia suscipit, &
alterum alteri non est impedimento,
ut sit in corporibus è materia coniunctis. Quoniam & in plantis eorum
quæ dicuntur imago quædam eluceat.
Ex vna arbore infinita germina secantur.
Vnum quodque ex ijs quæ secantur
totam vitam possidet, (deest εχει)
ut terræ datum est pullulare, & magnæ
arbori integra vita peræque manet, &
ex uno infinita quæ fiunt, & vnum
omnia, & eorum quæ ex eo fiunt nihil
dissimile est illi unde fiunt. Eunomius
animam quidem incorpoream esse ait,
sed in corpore factam: parum commo-
dè, quia quicquid generationē habet

corpoream in tempore, mortale est.
Cui sententiæ Moyses astipulatur.
Materiam enim omnium sensilium
originem describens, in ea intellecti-
lium naturam consistere diserte non
dixit. Εὐνόμιος ὀείσατο τὸν ψυχὴν φύσιαν
ἀσώματον εἰς σώμασι κτιζομένην εἰκόνην. Παῦ
ἡ τὸ θύμεον ἔχον σωματικὴν ὁμοῖ�ντα γρονθὴν,
φθαρτὸν δέ, οὐ δυντὸν. σωμάτειδὲ τεῖσις οὐ τὰ
μωσεῖα. Τὸν δὲ ὑλινὸν τῆς αἰδηπτὸν πάνταν γέ-
νεσιν παραγένεται φύσιν εἰς τὸν ἀντῆ καὶ τὸν τῆς νοντῶν
ρήπτης ἐφησεν παστῆσαν φύσιν. Vbi non vi-
deo cur damnet Eunomij sententiam
asserentis animam esse substantiam in-
corpoream in corpore à Deo crea-
tam. Certum enim est animam homi-
nis extra corpus non creari, licet ex
potestate materiæ non educatur, ut
formæ corporeæ, sed in ipso corpo-
re, quod natura prius est in vtero ma-
trum, & lapsu aliquot dierum dispo-
nitur ut formam accipiat, quæ in ipsa
materia à Deo concreatur. Philosophi
autem ex eo quod anima ex materia

coniuncta non est, arguunt animam immortalem, quia sola materia corruptioni est obnoxia.

ANIMAM IMMORTALEM esse.

CAP. VI.

 PVD veteres Philosophos primus Pherecydes animam immortalem esse disputans Pythagoram ex athleta fecit philosophum ait August. epist. 3. & Cicero Tusculan. i. nonnulli Mercurij Trismegisti discipulum fuisse Pherecyden volunt, à quo eam disciplinam hausebit. Hermes enim epist. ad Aesculap. & Dialogo i. animam immortalem esse asserit. Sed vereor ut Hermes ille quisquis fuit Pherecyde posterior ætate fuerit, & vix Demosthenis ætam transcenderit. Pythagoras autem

Pherecydis vestigijs insistens μετεύκολων ab Ægyptijs mutuatus est, vt animas omnium animantium ab interitu vindicaret. Zamolxis auditor Pythagoræ, (ait Iulianus Augustus in Cæsaribus) à Getis coli cœpit, quibus persuasit homines εἰς Διοδήσεις αὖτα μετείχεσθαι, non mori, sed domicilium mutare. Stoici quidem animam non interire cum corpore autumant, mortalem tamen esse definiunt. Ut Laërti. in Zenone τὴν φυγὴν μὲν θάρατον θημόλειον, φραγμὸν δὲ εἶναι. Manere animam post obitum mortalem tamen esse. Plinius certe animam mortalem putat lib. 7. cap. 55. omnibus à supremo die eadem quæ ante primum. Nec magis à morte sensus ullus aut corpori, aut animæ, quam ante natalem. Seneca immortalem censet epist. 102. animus æternitatis suæ memor, in omne quod fuit futurūmque est omnibus sæculis vadit. Statius lib. 3. Thebard. dixit

Arcem hanc aeternam mentis sacraria nostræ.
 Sed ex auctoribus nondum vulgatis
 super ea re ut instituimus selecta quæ-
 dam afferamus. Ænes. Platon. lib. de
 Anima. Οὐαὶ τοῖς ἀντελέχειαις ὄνοματο-
 πισι ἐπὶ τὸν φυγὴν, οἷον τῇ ὑλῃ τὸ τέλειον ἐπει-
 σάγουσαι, καὶ εἶδος θόσαις ἢν αἰθάνατον, ἀλλὰ
 τὸν θύραδεν οὖν. Τέτον γὰρ ὄνομάζει μόνον αἰθά-
 νατον εἶναι, ηγὲ τὸν φυγὴν ἔξωθεν, ἢ γὰρ ὄικόδεν
 ἔχει, καὶ θάπερ ἀκίνη τῷ τῷ δὲ καὶ θάλαμον.
 Aristoteles animam indigetat entele-
 cheam, ficto nomine quod materiam
 perficiat, & forma sit non ipsa quidem
 immortalis sed mens quæ extrinsecus
 injicitur: hanc enim solam à morte li-
 beram, quæ non domi nascitur, sed
 extrinsecus aduenit, qua veluti radio
 vegetans anima, sentiensque illus-
 tratur. Aristot. verba sunt lib. 2. cap. 3.
 de gener. animal. λείπεται δὲ τὸν οὖν μόνον
 θύραδεν ἐπεισέναι ηγὲ θεῖον ἐπὶ μόνον. Οὐδὲ γὰρ
 ἀπὸ τῇ ἀνεργίᾳ ποιῶνται σφραγῖδις ἀνεργεῖαι.
 Supereft ut sola mens extrinsecus ad-
 ueniat, & sola diuina sit. Neque enim

vlli mentis nostræ actioni cum corporis actione communicatio est. Deinde lib. de Anima, ὁ δὲ νῦν ξομεν ἐγγίνεσθ, θεία τις ἔσται, καὶ εἰ φθείρεσθ. Μάλιστα γάρ εἰ φθείρετο τόπος τῆς ἐν τῷ γύρῳ αἰμανεφόσεως. Νυνὶ δέ ἀστερὶ τοπίοις τῷ αἰδήτητοις, συμβαίνει. Εἰ γάρ λάβοι ὁ πρεσβύτης ὅμμα τῶν δι', βλέποι ἀνάστερος ὁ νεός &c. Intellectus autem extrinsecus aduenire videtur, cum sit substantia quædam, & non corrupti. Maximè enim corrumperetur ab ea debilitatione quæ senio cōtigit. Nunc autem non aliter euenit quam in sensuum organis. Si enim seni inuenilis oculus daretur, cerneret ut iuuenis. Quare nihil anima senio lēditur, sed quia id in quo est lēditur, senescere videtur, sicut in ebrijs & ægrotis contingit. Ipsum igitur intelligere ac contemplari marcescit, alio quodam interiorius corrupto. Ipsa verò mens aliquid pati non potest &c. Οὐ δὲ νῦν ιώας Θεόπετερον τὴν καὶ ἀπαθέτης τοπίον. Εὐλογώτατον γάρ εἶναι τέτοιο περιγράμματον καὶ κύειν πατέει φύσιν.

Intellectus fortè est aliquid diuinius.
 Consentaneum est id esse prius & do-
 minari natura. Melius ille quam Sto-
 ci, qui non statim rationem inseri, sed
 à sensibus & imaginationibus postea
 colligi circa annum decimum quar-
 tum putant, ut Stobæus in Phyfic.
 Οὐκ δέ τις ἐμφύεται τὸν λόγον, ὅτερον δὲ σω-
 θεῖται δότος τῷ αἰδήσεων, καὶ φαντασιῶν περί-
 δέντα πέπλασται ἐπι. Certè Phocilides de
 animæ immortalitate non dubitat.

Ψυχὴ δὲ αἰθάνατος, καὶ ἀγένετης ζῆσθαι παρός
 Ψυχὴν γὰρ μέμνεται αἰκίειος ἐν φριμότεροις,
 Καὶ τάχα δὲ τοῖς γαίνες ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν.
 Πνεῦμα γάρ δέ τι Θεῖς κτητοῖς θυντοῖσι τὸ εἶναι.

Anima immortalis & senij expers vi-
 uit in æternum. Animæ enim manent
 incorruptæ apud mortuos. Et fortè ex
 terra speramus in lucem nos ventu-
 ros. Anima autem est Dei opus &
 imago mortalibus. Plotinus scribit
 Getas τὰς ψυχὰς αἰθανατίζειν, animas im-
 mortales efficere, qui moriente ho-
 mine rideant, eumque per mortem ire

dicant ad Zamolxin , seu Gebeleisi , id est ad eum qui vitam hominibus indulget . Feruntque Apollinem Coraci Naxio respondisse animam esse immortalem . Id caussæ fuit cur Gymnosophistæ Alexandro magno quærenti , plures ne mortui an viui essent , responderint , plures esse viuos , quod animæ viuæ sint , & immortales , quare per ignem corpora dissoluunt , vt animæ in perpetuum viuant ait Nemesis . Quo respexit Poëta ,

*Quippe suas struxere pyras , viuiq_b calentes
Inspexere rogos.*

Gregorius Nyssenus Dialogo de anima , vt animam immortalem esse probet , ostendit eam esse substantiam corpore carentem , quod solum interrit . Substantiam esse ita probat . Οὐσία
εἶ τὸ ταύτην ἐν αἰειθυό , τῷ δὲ ψυχή
τοῖ μέρες ἐπι δεκτήν . Ή δὲ ψυχὴ τὰ ψυχή
δέχεται τοῖ μέρες . Οὐσία γοῦν εἶναι οὐ ψυχή .
Substantia est , quicquid numero unum

& idem contraria per partes suscipere potest. Anima contraria partiliter suscipit, igitur anima est substantia. Deinde addit, si neque extrinsecus corpus mouetur, ut quæ anima carent, neque naturaliter, ut ignis qui semper vi propriæ formæ agitatur, necesse est ut ab anima moueatur, quæ ipsi vitam impertit. Fieri autem nequit, ut quod vitam accipit substantia sit, quod vitam largitur substantia non sit, nisi quis dicat & id quod non est eius quod sit causam esse, aut id quod vnum subsistit, quodque nisi prius sit subsistere non potest, causam eius esse putet in quo sit. Verba Græca sic habent. Εἰ μῆτε
 ἔξωθεν κινεῖται τὸ σῶμα ω̄ς τὰ ἄλυχα, μῆτε
 φυσικῶς ω̄ς τὸ πῦρ αἱ κινέματα, δπὸ̄ λύχης
 κινεῖται, τῆς Καὶ τὸ ζῆν ἀντὶ παρεχόντος, ἐκ οἰόντα
 δὲ τὸ ζωοποιεύματος ἔσιαν εἶναι, τὸ δὲ ζωοποιὸν
 αὐτότοιον, εἰ μὴ τὶς ήτο τὸ μὴ ὁν τῷ ὅντος ἀπίστον φυσιν
 εἶναι, ή καὶ ἐνὸς τὸν ὑπαρξιν ἔχειν, Καὶ δὲ ἀνδει τῷ
 εἴδη μὴ διωάρματον (Καὶ τὸ αὐτὸν τῷ εἴδῃ) τῷ ἐνὸς ὑπαρξιν
 ἔχειν μὴ διωάρματον, ita lego) αἴπον ἐκείνα
 εἶναι

εἰναι, τὸν ὡς ἔχειν, εἴποι. Iam ut substantiam
 incorpoream esse probet sic arguit.
 Corpus corpori additum ὄντος & mo-
 lem facit, anima in corpore oneri &
 moli non est, sed vitam affert, non est
 igitur corporea. Si enim anima corpo-
 rea est, sensiles habet qualitates. Atqui
 virtutes, cæterosque animæ habitus
 oculis, aliisue sensibus percipi non
 posse certum est, vnde sequitur eam
 non esse corpoream. Ad hæc omne
 corpus loco circumscriptum est, &
 magnitudine formaque affectum, non
 item anima. Item corpus omne com-
 positum est, ex multis ergo partibus
 constat. Anima vero non est composi-
 ta ex partibus, est igitur incorporea,
 simplex, & immortalis. Τὸ σῶμα σώματι
 θεοτελέμων ὅγκον ποιεῖ. Ή δὲ φυγὴ τῷ σώ-
 ματι οὐσα ὅγκον καὶ ποιεῖ, ἀλλὰ ζωοποιεῖ. Ή φυγὴ
 γάγη σῶμα τὸν οὐσίαν. Εἰ σῶμα δέ τοι οὐ φύτει τὰς
 ποιότητας αὐθιτας ἔχει. Δικαιοσύνη δέ, καὶ
 αἱρεῖσα τὸν ὁρεῖται &c. Παῖς σῶμα περιέργεια
 (lego, εἰ τόπῳ χειρόποιη) καὶ πεπόνωται, C

ἐχημέπισα, οὐχὶ οὐχί. Πᾶν σῶμα οὐδέτοι,
 τὸ συγκείμενον σύγκειται, οὐχὶ ἀσώματος, οὐχὶ^ν
 πολυμερὲς. ἀπλῆ γάρ εἰ αἰθάνατος. (Verba
 corrupta sunt.) Lego πᾶν σῶμα οὐδέ-
 τοι, τὸ δὲ συγκείμενον πολυμερὲς, οὐχὶ δὲ^ν
 πολυμερὲς, ἀσώματος γάρ, οὐδὲ ἀπλῆ, οὐδὲ αἰθάνατος.
 Addit alias rationes ut animam im-
 mortalem ostendat. Nihil eorum quæ
 sunt seipsum destruit, alioquin ab ini-
 tio non fuisset si seipsum corrumperet.
 Quæ enim corrumpuntur à contrarijs
 corrumpuntur, quæ multarum par-
 tium sunt & dissolui possunt. At ani-
 ma cum sit simplex contrarium non
 habet. Non igitur dissolui potest.
 Item quicquid vitio suo non corrum-
 pitur, corrumpi nequit. Anima vitio
 naturæ non corrumpitur. Igitur cor-
 rumpi nequit. Quicquid ab alio mo-
 uetur sine motu est, si abest mouens;
 sed corpus ab alio mouetur, scilicet
 ab anima. Igitur ea si abest, corpus
 sine motu est. Anima per se mouetur,

semper mouetur , inde sinens est , ab interitu & fine libera . Οὐδὲν τὸν ὄντα
 ἀντὸν ἔστι φθαρτόν ἔστιν ἐπειδὴν αὐτὸν καὶ τὸν
 ἀρχῆς σωμένη . Τὰ γὰρ φθειρόμενα εἰν τῷ ἐναν-
 τίῳ φθείρεται . Διάλυτα γὰρ οὐ πολυμερῆ . Item
 πᾶν τὸν τῆς ιδίας κακίας & φθειρόμενον & φθείρε-
 ται . Πᾶν δὲ πνὸς κινέμενον δύσκολεί πεινεῖ πάνταν παύ-
 σηται τὸν εὐργενήν . Ή τούχη ἀποκίνητος θάνατος , άεινην-
 τος , άπαντος , άπελθοντος , άφθαρτος . Idem ait ea
 quæ miscentur aut inter se confundi ,
 ut humida , aut implicari , ut aërem &
 lumen , aut ut formas quæ separari
 nequeunt à sua materia . Hominis au-
 tem anima cum sit corpori forma , &
 & motor , miscetur cum corpore , ut
 lux cum aëre , quia separari potest .
 Separatur igitur à corpore substantia ,
 miscetur cum operationibus , quia
 corpus tantum attingit , ac mouet .
 Μίγνυται τὰ μητρόμενα ή πιρνάμενα ἀλλιότεις
 ὥστε τὰ ὑγρὰ , ή δυαπλεκόμενα ὥστε ὅτε ἀντραί
 η τὸ φῶς , η ὡς τῇ ὕλῃ τὸ ἀχώεισον εἶδος . Εἰδὲ
 ἐφάπτοστο μόνον τῇ μητρὶ ψοία πεχώεισαν , ταῖς δὲ
 ἐνεργείαις μέμικται . Herodotus l.2. docet

Ægyptios animam immortalē pronuntiasse, quæ tamen è corporibus in corpora commigraret. Superesse animas post mortem Pythagorici & Stoici dixerunt, eásque non nasci, sed insinuari in corpora, & de alijs in alia migrare, ait Lactantius l. 3. c. 8. Cæsar lib. 6. Galli putant non interire animas, sed ab alijs post mortem transfire ad alios. Lucan. lib. 1. de Druid.

— *vobis auctoribus umbræ
Non tacitas erebi sedes, ditisq; profundi
Pallida regna petunt. Regit idē spiritus artus
Orbe alio, longæ canitis si cognita vitæ.*

Appianus in Celtico. Germani τὸν θεόν ἄγχιον, καὶ τὴν τολμὴν Θεασύτατον, καὶ δεράτην κατεργονταί δι' ἐλπίδα τῆς αἰαβιώσεως. Germani moribus agrestes, audacia temerarij, mortis contemptores propter spem vitæ alterius. Plin.l. 5. cap. 8. Augilæ populi Africæ nullos Deos putant præter defunctorum manes. Valerius Maximus l. 2. Galli mutuum

dant, quod apud inferos reddatur. Apuleius, lemurest animus vitæ stipendijs exutus & liber, qui si quieto numine domum possidet lar, dicitur familiaris, si vagus exilio multatur, larua, si eius sortitio incerta est, manes. Hetrusei animas non esse immortales naturę vi, sed sacrificijs quibusdā immortales effici posse putabant. Arnobius lib. 2. Nec quod Hetruria libris in Acheronticis pollicetur certorum animalium sanguine numinibus dato diuinos animos fieri, & ab legibus mortalitatis educi. Libros Acheronticos vocat quos scripsit Tages. Seruius ad lib. 8. Æneid. Sed sciendū secundum Aruspice libros, & sacra Acherontia quę Tages composuisse dicitur. Arnobius ibidē. Magi spondent cōmendatias habere se preces, quibus emollite nescio quæ potestates vias faciles præbeant ad cælum. Sed libet audire Seneca de animæ immortalitate senten-

tiam. Nunc , inquit, animus fratribus
mei velut ex diutino carcere emissus,
tandem sui iuris & arbitrij gestit, &
rerum naturæ spectaculo fruitur, &
humana omnia ex superiore loco de-
spicit, diuina vero, quorum rationem
frustra tandiu quæsiuerat , proprius
intuetur. Nemesius lib. de Anima.
Quomodo si corpus cum anima vni-
tum est , corporis naturam retinet,
neque mutantur vtraque , & corrum-
puntur sicut elementa. Neque enim
potest corpus animæ assitum esse , vt
saltatores in Chorea , & calculus cal-
culo. Eset enim ea modo pars cor-
poris animata quæ animæ assideret,
quod longius abesset , inanime esset,
quod ea vnum dici nequeant, quæ per
appositum coniuncta sunt , vt ligna
lignis admota, & ferrum, & varia gra-
na & poma. Mixtio enim vini & aquæ
vtraque corruptit. Vinum enim quod
aqua mixtum est, neque est aqua mera,

neque vinum merum. Quod si anima in corpore, neque vnitur, neque assidet, neque miscetur, qui potest id animal vnum dici. Ita igitur anima cum corpore iungitur, ut cum eo non confundatur. Quod enim vniatur sympathia ostendit. Vniuersum enim animal simul à se afficitur eodem tempore cum vnum sit, & rerum suarum sensu tangitur. Quod autem non confundatur anima cum corpore, ex eo apparet, quod secundum quietem anima quodammodo à corpore abducitur, quod ut mortuum iacet, vegetante tantum vita illud fouens ne dissoluatur, ipsa verè in somnis seipsam agit, & agitat suapte sponte futura præsentis, & ad ea quæ intelligi possunt se proprius appellens. Quod item ei accidit cum & apud se naturæ arcana rimatur. Tunc enim quam maximè potest à corpore se abducit, & apud se tota est, ut ita ad ea quæ sunt se adij-

ciat. Cum enim sit incorporea, quo-
cunque peruidit manens incorupta &
inconfusa, & quod per se purum ha-
bet conseruans. Ex quibus efficitur
animam immortalem esse, cum ea tan-
tum intereant quæ ex materia coniun-
cta sunt, anima autem ab omni con-
cretione corporis libera sit. Πῶς εἰ τὸ
σῶμα ἡμαρτύον ἐστὶ τῇ Φυχῇ ἐπι μόρει σῶμα, Εἰ
ἄλλο σωματοίωται, Εἰ σωμάτων ἀμφότεροι
ώς τὰ σωματά. Οὐ δύναται γὰρ τὸ σῶμα τῇ Φυχῇ, ως χρεῖται ἐν χρεῷ, καὶ Φύφος
Φύφῳ. Τὸν γὰρ αὐτὸν μέρον ἀντὸν τὸ μέρος τῆς σώμα-
τος ἐμψυχον τὸ πλοιάζειν τῇ Φυχῇ, τὸ δὲ μὴ
σωματικόν ἄψυχον, τοῦτο τὸ μὴ δύναμες ἐν λέ-
γειν ἔτι τὰ καὶ τοῦτον, ως ξύλα, φέρει, οὐδη-
ποτε, οὐ ποιεῖτον. Καὶ οὐ καθίσταται τὸ οἶνος, καὶ τὸ
ὑδατος ἀμφότερα σωμάτα φεύγειται. Οὐ δὲ γὰρ ὑδωρ
ἐστὶ καθίσταν τὸ κράμα, οὐδὲ οἶνος. Εἰ δὲ μητέ
κέκρεαται, τις ὁ λόγος τοῦ ζῶον ἐν λέγεσθαι. Ηγεωται
τοῖς ιν, καὶ ἀσυγχήτως ἡνωται τὰ σώματα οὐ Φυχή.
Οὐ ποτὲ γὰρ ἡνωται οὐ συμπάθετα δίκτυοι. Συμ-
πατεῖ γὰρ ὅλον ἑαυτῷ τὸ ζῶον, ως ἐν ὅν. Οὐ ποτὲ
καὶ ἀσυγχήτως μέρει δῆλον ἐπι τὸ τὸ Φυχὴν τεθ-
ποντινὰ χωρεῖσαι μέντοι ἐπι τῆς σώματος ἐπι τῷ ὑπνῷ,
καὶ ὡς εργάζειν ἀντὸν κατέβαλεί ποτε, μότον

δὲ ἔξαρμίζεσσαν ἀυτὸν τῇ ζωῇ, ἵνα μὴ παντελῶς
ἀπόληται, καθ' ἐαυτὴν εἰ τοῖς ὄντεις ἐνεργεῖ,
δεσμοίζεσσαν τὸ μέλλον, Καὶ τοῖς ροντοῖς πλησιά-
ζεσσαν. Τὸν ἀυτὸν δὲ συμβάντες, Καὶ ὅταν καθ'
ἐαυτὴν θητοκέππηται τῷ δόντων, Καὶ τότε γὰρ ὡς
οἴοντε τὸ σώματος ἐαυτὴν χωρίζει, Καὶ καθ' ἐαυ-
τὴν γίγνεται ἵνα ὅπος θητεύεται τοῖς θεοῖς, καὶ
ἀσύγχυτος, Καὶ τὸ καθ' ἐαυτὴν καθαρεύει, ἐποχεσώ-
ζεσσα. Mortalem Seneca esse animam
putat in Troade act. 2. in choro.

An toti morimur, nullaq; pars manet

Nostrum cum profugo spiritus halitus

Immensus nebulis cessit in aëra,

Vt calidis fumus ab ignibus

Vanescit spatiū perbreue sordidus,

Sic hic quo regimur spiritus effluet,

Post mortem nihil est, ipsaq; mors nihil

Velocis spatiij meta nouissima.

Quaris quo iaceas post obitum loco

Quo non nata iacent.

Mors indiuidua est noxia corpori

Non parcens anime.

*Nonnulli ex sacris litteris effici vo-
lunt animam corpoream, & mortalem*

esse , quia dictum est à Deo Genes. 9.
Sanguinem animarum vestrarum re-
quiram, quibus respondet D. August.
lib. 2. contra aduersar. leg. cap. 6. ani-
mam dici sanguinem , quia ut inter
omnes humores potissimum viuit ani-
mal sanguine , sic etiam intelligimus
animam id esse , qua vitam ducimus.
Malim animam sanguinem dici , quia
sanguine omni de corpore fuso , ani-
mam cum sanguine effluere experi-
mur. Vnde & Poëta dixit

— *Atque animam calido cum sanguine fudit.*
Vel ut vult Epiphan. hæref. 56. quia
sine sanguine viuere non possumus.
Tertullianus lib. de Anima, & Orige-
nes lib. 1. πεὶ ἀρχῶν cap. 8. animam
corpoream esse dicunt , non quod pu-
tent eam è materia concretam, sed quia
si cum simplici & puro actu compo-
natur qui Deus est, quémque solum
propriè incorporeum esse volunt, &
angeli, & animæ hominum quodam-

modo corporeæ esse videntur. Quod autem Lucæ cap. 6. animæ membrorum mentio fit, ita id accipiendum, ut ei membra tribuantur, sicuti & Deo, quia & Deus, & angeli, & animæ humanæ officijs membrorum funguntur. Eusebius lib. 6. hist. Ecclesiast. scribit Arabas quosdam in ea fuisse hæresi, ut existimarent animam è quatuor elementis conflatam; Sed cum nihil sit in composito quod non actu fuerit in principijs eius substantiam constituentibus, & nulla elementa vim habent mouendi antrorsum, retrorsum, dextrorsum, laevorsum quam vim habere animas experimur, eas è quatuor elementis conflatas non esse dubitari non potest. Nemesius lib. de Anima. Hominis, inquit, anima ea in quibus versatur in suam ipsius vitam conuertit, ab ijs autem non conuertitur. Ut enim sol præsentia sua aërem in lucem vertit, faciens eum illustrem, & lumen

solis cum aëre coniungitur fusum, & non confusum, itidem & anima cum corpore coniuncta, cum eo non confunditur. Hoc interest solum, quod sol, utpote corpus, circumscriptum loco, ubique non est ubi lumen solis est, quemadmodum neque ignis qui manet in ligno, aut lucerna quasi loco deuinctus. Anima autem incorporea, & loco non circumscripta tota per totum lumen suum ipsumque corpus permeat, & pars nulla est quam illustreret unde absit. Nec enim à corpore continetur, sed continet. Nec est in corpore ut in vase aut utre, sed magis corpus est in anima, à qua continetur. Spiritualia enim & intelligentia non cohibentur angustijs corporum, sed per omne corpus traiiciunt, quia Spiritualia in locis sunt spiritualibus. Anima certè cum ratiocinatur in seipsa est, in mente cum intelligit. In corpore autem dicitur esse non ut in loco, sed ut

in habitu, & animam à corpore ligari,
ac deuinciri dicimus, propter propen-
sionem, & dispositionem ad corpus,
Quomodo amans ab amica deuinciri
dicitur affectu non corpore. Καὶ ἐν οἷς ἀν-
θρώποις ἔπειται ἐμείνα καὶ τὴν ἑαυτῆς ζωὴν, Καὶ
μὴ βεπομένην ὑφ' ἐμείνων. Ως γὰρ ὁ ἥλιος τῇ
παρεσίᾳ τὸν αἴρει εἰς φῶς μεταβάλλει, ποιῶν
ἀντὸν φωτοειδῆ, καὶ ἐνθάται τῷ αἴρει τὸ φῶς
ἀσυγχύτως ἀμα ἀπὸ κεχύμηνος, τὸν ἀντὸν ἕσπον
Ἐ ἡ ψυχὴ ἑνεμένη τῷ σώματι μένει πάλιν ἀσύγ-
χυτος, καὶ τότο μόνον διαλάττεσα δηποτὲ ὁ μὲν ἥλιος
σῶμα ᾖν Καὶ τόπῳ φειχεῖται φόρμης, ἐκ δὲ πα-
τέρων ἔνθα, καὶ τὸ φῶς ἀπὸ, ὡς ἐδήλωτο πῦρ. μένει
γὰρ ἀντὸν ἐν τοῖς ξύλοις ἢ ἐν τῇ Θρυαλλίδι δι-
δεμένον ὡς ἐν τόπῳ. Ή δὲ ψυχὴ ἀσώματος, Καὶ
μὴ φειχεῖται φόρμην τόπῳ δῆλον δῆλον χωρεῖ Καὶ τῷ
φῶτος ἑαυτῆς, Καὶ τῷ σώματος, Καὶ ἐκ δὲ μέρους
φωτιζόμενοι ἵπται ἀντῆς ἐν ᾧ μὴ δῆλον παρέστη. Οὐ
γὰρ πεστεῖται τόσον τῷ σώματος, ἀλλὰ ἀντὴν πεστεῖ
τὸ σῶμα. Οὐδὲ δὲ τῷ σώματι δῆτι ὡς ἐν ἀγριεύω,
ἢ ἄσκω, ἀλλὰ μάζηλον τὸ σῶμα ἐν ἀντῃ. μὴ
κωλυόμενα γὰρ δύποτε τῷ σώματον τὰ νοητὰ, ἀλλὰ
δῆλα παντὸς σώματος χωρεῖται, καὶ διαφορούνται,
καὶ διεξίονται ἐκ οἵστε δέσποιντο πότε τῷ σώματικα
κυττάρεσθαι. Νοητὰ γὰρ δῆλα ἐποντοῖς, καὶ τόποις

ἐσίν. Ως δὲ οὐχὶ, ποτὲ μὲν ἐν ἑαυτῇ ὅτι, ὅτε
λογίζηται, ποτὲ δὲ ἐντεῖνθεν δέξεται νοῦ. Εἶπαν δὲ
ὅτι ἐν σώματι λέγεται εἴδος, όπου δέ τόπω, ἀλλά^{το}
ώς ἐν χρέος, καὶ τῇ φρεσὶ τέτοιο ρόπη καὶ σφεδίος,
δέδειται φαύλῳ τῷ σώματος τὸν οὐχίν, ως
λέγομεν τῷ τῆς ἐφομένης δέδειται τὸν ἐφεστήν,
ἢ σωματικῶς, οὐδὲ τοπικῶς, ἀλλὰ γενεὰ χρέος.

Aristot. lib. 2. de Anima scribit non
esse absurdum, ut quædam animæ par-
tes separari possint à corpore, cum
nullius corporis sint actus, & si partes
eius aliquæ separabiles non sint. Διὰ τὸ
μηδενὸς εἴδος σώματος ἐντελεχείας. Idem ibi-
dem, τῷ δὲ τῷ τῷ, καὶ τῆς θεωρεικῆς συ-
νάμεως, οὐδὲ παρανεργού, ἀλλά ἔοικε οὐχίς οὐδός
ἐπεργού εἴηναι. Καὶ τέτοιο μένον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι,
καθάπερ τὸ αἷδον τῇ φθαρτῇ, τὰ δὲ λοιπά
μοείᾳ τῆς οὐχίς φανερού ἀντέτων ὅτι εἰς ὅτι
χωρεῖσθαι. De intellectu autem, & virtute
contemplatrice, nondum clarum est,
sed videtur alterius animæ genus esse.
Et hoc solum animæ genus separari
non potest, quemadmodum nec æter-
num ab eo quod interitui obnoxium

est. Cæteras partes animæ ex his perspicuum est separari posse. Videlicet. i. text. 21. 22. 82. & lib. 3. text. 1. 4. 6.

7. Vbi animam aliquid esse ait, quod pati non possit, ἀπαθής ἡσε δῆ εἴρη. Item ἀμιγὴ ἐῇ τὸν νῦν, ὃδὲ μεμίχθη δύλογον ἀντὸν τῷ σώματι, non esse consentaneum ut intellectus misceatur corpori. Ibidem subiungit intellectum organis carere, τὸ μὴ γὰρ αἰδηππὸν γενέσθαι σώματος, οὐδὲ νῦν χωεισός, vim sentiendi non esse sine corpore, intellectus autem separabilis est à corpore. Addit deinde intellectū ab omni materia liberum esse, & in ijs quæ materia carent idem esse quod intelligit & quod intelligitur. text. 15.

Ἐπὶ μὲν γὰρ τῷ ἀνδρὶ ὑλης, τὸ ἀντό δὲ τὸ νῦν, ηγετὸν τὸ νοέματον. Subiicit eundem intellectum esse non mixtum, separabilem qui pati non possit, cuius substantia semper existat. Καὶ γάρ οὐ νῦν χωεισός, καὶ ἀμιγής, ηγετὸς τῇ φύᾳ ὡν ἀνέργητα. Text. 19. & 20. Segregatus animus solus est,

quicquid est, & hoc solum est immortale, & sempiternum. οὐκέτι δέ εἶ
μόνον, ταῦτα δέπερ εἶτι, καὶ ταῦτα μόνον αἰώνιατον εἰ-
σιν. Ex Arist. igitur principijs liquet
animam immortalem esse ; Aristot.
enim docet quicquid diuinum est,
illud & ab interitu liberum esse, Sed
intellectus Aristoteli diuinum quid
est, igitur ab interitu liber. Deinde
Aristoteli quicquid simplex est, &
non compositum, si interit, in nihil
lum redigitur. At negat Aristoteles
aliquid vel ex nihilo fieri posse, vel in
nihilum redigi. Igitur anima Aristoteli
non interit, ideoque est immorta-
lis. Denique Aristoteli entelecheia,
seu actus, est quid simplex, & non
compositum, ergo immortalis. Quic-
quid enim componitur, ex actu & po-
tentia componitur, vel ex materia &
forma. Vbi nihil est materiæ, sed sola
forma, solus actus, sola entelecheia,
ibi est immortalitas. Quod eleganter
ostendit

ostendit Marcus Tullius prima Tusculana. Ergo animus vt ego dico, diuinus est, & vt Euripides audet dicere Deus , & quidem si Deus aut anima, aut ignis est , idem est animus hominis. Nam vt illa natura cælestis , & terra vacat , & humore , sic vtriusque harum rerum humanus animus est expers. Sin autem est quinta quædam natura ab Arist. inducta primum , hæc & Deorum est , & animorum. Hanc nos sententiam sequutri his ipsis verbis in consolatione hæc expressimus. Animorum nulla in terris origo inueniri potest. Nihil est enim in animis mixtum, atque concretum , aut quod ex terra natum , atque factum esse videatur , nihil , ne aut humidum quidem aut flabile , aut igneum. His enim in naturis nihil inest , quod vim memoriarum , mentis , cogitationis habeat , quod & præterita teneat , & futura prouideat , & com-

plexi possit præsentia quæ sola diuina sunt. Nec inuenietur vñquam vnde ad hominem deuenire possint nisi à Deo. Singularis est igitur quædam natura, atque vis animi seiuncta ab his vñstatis, notisque naturis. Ita quicquid est illud quod sentit, quod sapit, quod vult, quod viget, cælestē & diuinum est, ob eāmque rem æternū sit necesse est. Nec vero Deus ipse qui intelligitur à nobis alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam & libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens, & mouens, ipsaque prædita motu sempiterno. Hoc è genere atque eadem è natura est humana mens. Ex sculor diuina illa Ciceronis verba, quæ Aristotelis verbis clariora mihi esse videntur. Sed audiamus iterum diuinum virum eodem libro loquentem. Sic mentem hominis, quamuis eam non videas, ut Deum non vides, tamen, ut Deum

agnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum, & inuentione, & celeritate motus, omnique pulcritudine virtutis, vim diuinæ mentis agnoscito. In quo igitur loco est. Credo equidem in capite, & cur credam afferre possum. Item. In animi cognitione dubitare non possumus, nisi planè in Physicis plumbei sumus, quia nihil sit animis admixtum, nihil concretū, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod cum ita sit certè nec secerni, nec diuidi, nec discerpi, nec distrahi potest. Nec interire igitur. Est enim interitus, quasi discessus, & secretio, atque direptus earum partium quæ ante interitum vincione aliqua tenebantur. Idem. Stoici autem nobis usuram nobis largiuntur tanquam cornicibus. Diu mansuros aiunt animos, semper negant. Porphyrius lib. 2. quæst. Mystic. Intellectum hominis aliquid esse à corpore

liberum, nihil concreti aut coagmen-
 tati habens, quamuis in corpore sit,
 ostendit his verbis. Οὐκ ἀπογνωμένον γε
 δίχεσθαι πατέρας τοῦ φιλοφρόνητος εἰς συμπλήρω-
 σιν ἐπέργεις κύριας, καὶ εἴναι μάρτυρας κύριας μὴ κύριας
 καὶ τὸ ἔαυτον φύσιν μὲν τὸ συμπλήρωμα ἄλλην
 κύριας, ὡσεὶ σὺν ἄλλῳ γνωμένην, καὶ τὸ καθ' ἔαυτον
 ἂν σχετωτέραν, καὶ τὸ μεῖζον, ἀντίν μὲν εἰς τὸν
 πομπόν, βεπυσταν δὲ ἐκείνα τὸν αὐτὸν
 εἰς τὸν ἔαυτον ἀνέργατον τῆν παρεσίᾳ. Non ab-
 surdum est admittere substantiam ali-
 quam ad perficiendam aliam substan-
 tiā, & substantiam partem esse sub-
 stantiæ secundum naturam suam, vbi
 substantiam aliam compleuerit, adeo
 ut cum alio sit, & unum illud quod
 sibi proprium est retineat, & quod
 amplius est, ipsa quidem non conuer-
 tatur, commutet autem illa in quibus
 insit in suum actum præsentia sua. Id
 ipsum hominis animam efficere in
 corpore experimur. Plato non vult
 animal anima & corpore constare, sed
 animam esse ait corpore videntem, quæ

corpus induerit, quæ Platonis opinio ridicula est. Qui enim anima cum corpore aliquid vnum esset, maximè cum vestis, aliud sit abeo qui vestitus est. Où βέλεται ὁ πλάτων, ait Porphyrius, τὸ ζῶον ἐκ τούχης εἴη καὶ σώματος, ἀλλὰ τούχη σώματος καρπούντον τοὺς ὕστερος τὸ σώμα. Πῶς δὲ εἴη ἡ δύναται μή τε οὐδὲ μάτος οὐ τούχη. Οὐ γὰρ εἴη ὁ χριστός μή τε σύνθετον.

Melius Cic. in Catone. Est enim animus cælestis ex altissimo domicilio depresso, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatisque contrarium. Sed credo Deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur, quique cælestium ordinem contemplantes imitarentur eum vitæ modo & constantia &c. Audiebam Pythagoram nunquam dubitasse, quin ex vniuersa mente diuina delibatos animos haberemus. Idem Tuscul. I.
Quæcumque content, perspicuum debet

esse animos cum è corpore excesserint,
siue illi sint animales, id est spirabiles,
siue ignei, sublime ferri. Si verò aut
numerus quidam sit animus, aut quin-
ta illa natura, multò etiam integriora
ac puriora sunt, vt à terra longissimè
se efferant. Horum igitur aliquid ani-
mus est, ne tam vegeta mens, aut in
corde cerebróue, aut in empedocleo
sanguine demersa iaceret. Ibidem ri-
det Dicæarchum, & Aristoxenum sta-
tuentes animum esse harmoniam ex
interuallis sonorum. Illam verò fundi-
tus ejciamus corporum leuium & ro-
tundorum concursionem fortuitam,
quam tamen Democritus concalefa-
ctam, & spirabilem, id est animalem
esse voluit. Is autem animus qui si est
quatuor generum, ex quibus omnia
constare dicuntur, ex inflamata anima
constat, superiora capessat necesse est.
Paulo infra. Cum enim sui similem
& leuitatem & calorem adeptus est,

tanquam paribus examinatis ponderibus nullam in partem mouetur, eaque ei demum naturalis est sedes, cum ad sui simile penetrauit, in quo nulla regens aletur, & sustentabitur ijsdem rebus quibus astra sustentantur & aluntur. &c. totosque nos in contemplandis rebus, perspiciendisque ponemus, propterea quod & natura inest in mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas veri videndi, & oræ ipsæ locorum illorum quo peruenemus, quo facilitorem nobis cognitionem rerum cœlestium, eo maiorem cognoscendi cupiditatem dabunt. Idem ex Platone in Phædro ita ratiocinatur. Quod semper mouetur id æternum est, quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, viuendi quoque finem habeat necesse est. Solum igitur quod seipsum mouet, quia nunquam desinitur a se, nunquam.

ne moueri quidem desinit, quin etiam
cæteris quæ mouentur hic fons, hoc
principium est mouendi. Principij
autem nulla est origo. Nam ex princi-
pio oriuntur omnia. Ipsum autem
nulla ex re alia nasci potest. Nec enim
esset id principium quod gigneretur
aliundè. Quod si nunquam oritur ne
occidit quidem vñquam. Nam prin-
cipium extinctum, nec ipsum ab alio
renascetur, nec à se aliud recreabit, si
quidem necesse est à principio oriri
omnia. Ita sit ut motus principium ex
eo id sit, quod ipsum à se mouetur.
Id autem nec nasci potest, nec mori, &
c. Cum igitur pareat æternum id esse
quod seipsum moueat, quis est hic
qui hanc naturam animis esse tribu-
tam neget? Inanimum enim est omne
quod pulsu agitatur externo. Quod
autem est animatum id motu cietur
interiore & suo. Nam hæc est propria
animi vis, quæ si est vna ex omnibus

quæ seipsam semper moueat, neque
nata certè est, & æterna est. Hæc ratio
parum firma est, ex qua efficitur, &
equi & leonis, & aquilæ animam esse
æternam. Certiora igitur afferamus.
Iudicium super aliqua re perpetuum
& constans omnibus hominibus insi-
tum, cum à naturæ lumine nascatur,
certum, & verum est. Sed iudicium
perpetuum & constans de animæ im-
mortalitate omnibus hominibus ubi-
cunque locorum agant ab ipsa natura
insitum est. Certum igitur & verum
est. Quam rationem pulchre Cicero
exequitur Tuscul. 1. Deinde, si homo
in agendo sui iuris est, & arbitrij, nec
fato, aut necessitate ad agendum, sed
libera voluntate impellitur, agendo
pœnam, vel præmium meretur. Sed
homo in agendo sui iuris est, & arbi-
trij, vnde sequitur pœnam cum vel
præmium mereri. Sed pœnam & præ-
mium dum apud homines agit, siue ex

virtute siue perperam egit, non semper
consequitur, igitur alias locus est vbi
pro merito accipiatur, non quidem
ab hominibus, sed à Deo, qui, ut lo-
quitur Clemens Rom.lib.3.Recognit.
iustus non esset, nisi præmium aut
pœnam cuique vel hic apud homines,
vel post obitum apud superos, infe-
rōsue pro merito persolueret. Nec
sane satis amplum virtuti est præmium,
ipsa oblectatio, & conscientia bene-
factorum, nec flagitijs ac facinoribus
digna est pœna, ipse animus anxius,
sceleris sibi conscius. Multi enim nul-
lum peccati, aut conscientiæ sensum
habent, ita inscelera obduruerunt. Sed
libet rationibus ex Aristotele petitis
hoc ipsum euincere. Quicquid ab alio
recipitur, pro natura recipientis, reci-
pitur. Sed res corporeæ ab intellectu
recipiuntur spiritali quodammodo.
Intellectus igitur est spiritualis. Dein-
de philosophi docent potentiam ita

respondere obiecto suo, ut cuiusmodi
sit obiectum, eiusmodi sit potentia.
Sed proprium obiectum intellectus
est spiritale. Intelligit enim res corpo-
reas spirituali quodam modo à singula-
ribus auulsas. Intelligit Deum, ange-
los, virtutes, vniuersalia, Mathema-
ticas abstractiones. Igitur intellectus
est spiritualis. Fabius Declamat. 10.
Cum anima exonerata membris mor-
talibus leui se igne lustrauerit, petere
sedes in astra, donec in alia fata, sæculo
pugnante, transmigret. Deinde prioris
corporis meminit. Tertium illud
esto. Cuiusmodi est actio, eiusmodi
est potentia, & natura. Sed intellectus
agit sine ministerio corporis, ut cum
sine specie corporea, Deum, virtutes,
seipsum intelligit, & in se reflecti-
tur, igitur & est sine ministerio corpo-
ris, quia ut quicque agit, ita est natura
sua, ὡς εἰπόντοι, οὐκέτι εἴη. Denique
intellectus corporeus esse non potest,

qui versatur circa simplicium rerum naturam , & cognoscit effectus per causas vniuersales , vtitur argumentatione, affirmat, negat, percipit se, & suas operationes , abstrahit à loco, tempore , & omnibus rebus aduentitijs , quæ sensu percipi possunt , iudicat inter corpus & spiritum, cognoscit ea quæ non sunt, & esse nequeunt, nec ullum habet instrumentū corporeum sibi proprium ac peculiare. Tum verò voluntas , quæ altera est animæ potentia, ijsdem dotibus prædita est, quibus angelorum voluntas , cum sit libera, nec subijciatur ullis orbium cœlestium motibus, virtutum sit capax, religionis timoris & amoris Dei, quæ ministerio corporis exerceri nequeunt , respuit oblectationes quæ sensum titillant, præsentia spernit, futura expetit, æterna persequitur , & eorum desiderio acerba quæque , quibus corpus in præsens afficitur, concupiscit. Volun-

tas item hominis appetit immortalitatem, vt sibi propriam & debitam, aliæ res appetunt tantum, quia in præsenti esse cupiunt, & vitæ ac saluti quæ præsens est tuendæ student, aut certè desinere esse nolunt. Homines autem appetunt esse, non tantum vt nunc sint, aut ne esse desinant, sed vt semper & in æternum sint. Non potest autem hoc desiderium, quo tempore apud homines agimus satiari. Supereft igitur vt alius sit locus, aliudque tempus quo penitus satietur. Non enim temerè Deus appetitum illum indidit. Nullum genus hominum vñquam fuit, quod immortalitatis studio se ardere non significarit. Alij propagandæ memoriæ student, insanis eodium ac publicorum operum substructionibus, quidam libris scribendis, liberis procreandis, aliij statuis, imaginibus, picturis, nonnulli rerum gestarum gloria quam ad posteros

transmitti cupiunt, quidam etiam di-
uinitatis affectatione.

— *Deus immortalis haberi*

*Dum cupid Empedocles, ardente feruidus
Aethnam*

Insiluit. —

Psaphon emisit aues cauea, & auolare
passus est, quas domi docuerat canere,
Psapho magnus est Deus. Veteres
penè omnes melioris notæ auctores
animam immortalem esse asserunt.
Alij campos Elysios, lacteum circu-
lum, cælum ipsum pijs assignant, phle-
getontem, Erebum, tartarum impijs.
Quidam disertè animas immortales
canunt. Ouidius lib. tristium.

— *Nihil non mortale tenemus,*

Pectoris exceptis, ingenijq; bonis.

Manilius lib. 4.

*An dubium est habitare Deos sub pectore
nostro,*

In cælumq; redire animas, cæloq; venire?

Claudianus de anima loquens,

— Hæc sola manet, bustoqz superstes
Euolat. — Pythagoras.

Ηὐόχον γνώμην σήσας καθύπερθεν ἀείστη.

Αὖ δ' Ἀπολείψας σῶμα εἰς αἰδέρ' ἐλθεός
ἔλθης,

Ἐωτεψι ἀδάνατος, Θεὸς ἀμυθοῦς, ὃντεπι θυτός.

Optima dux ratio aurigæ te more gubernet
Aethereum posito cum liber adiuveris orbem
Corpore, tum viues æternum more Deorum.

Epicharmus apud Clement. Alexand.

1. 4. Stromat. Εὔσεβὸς νῷ πεφυκὼς, & πάθοις
ζῆσιν ηγοὺν, καταδανῶν ἄιω τὸ πνεῦμα σφραγίδει
κατ' ζευνον. Ψυχὴ δὲ αὐσεβῶν ἔπι γαίᾳ πέ-
γιται ἀλγεσι φονίοισι τῶν ζάλης ἀφύκτης κα-
κῶς. Εὔσεβῶν δὲ ἐπιχείρουν θέασι. (lego ἐνθαῦτῃ)
κόλποις μακρέσσον, μέγαν ἀειδεῖσσιν ἐν ὅμοιοις.
Pius mente si extiteris, nihil mali pa-
tieris, cum mortuus fueris, sursum
spiritus manet in cælo. Animæ autem
impiorum in terra cruentis doloribus
sub tempestate ineuitabili male vo-
lant. Animæ piorum cælestes in bea-
torum sinu positæ, magnum celebrant
hymnis. Haec videtur Epicharmus

hanc sententiam á Solomone cap. 3.
 Iustorum animæ in manu Dei sunt:
 visi sunt insipientibus mori, ipsi autem
 sunt in pace. Heraclitus quidem suc-
 cessionem ponens necessariam, ait sur-
 sum, deorsumque animæ esse meatum,
 vt docet Ænesius Platon. I. de Anima,
 quoniam illi arduum est, rerum opifi-
 cem sequi, & sursum cum Deo vniuer-
 sum hoc circumuagari, & eius imperio
 se subijcere. Ideò studio quietis, &
 spe imperij deorsum ait animam ferri.
 Empedocles nobis metum inijcit, qui
 legem esse ait vt animæ peccatrices
 deorsum cadant. Idem nimia doctrina
 animam per se mobilem ac sempiter-
 no motu vigentem in plantæ radici-
 bus affigit. Ait enim

*Ipse puella olim fueram, & puer, & Vir-
 gultum,*

Et præpes volucris.

O μή γέ οργάνωσε σχέδοντι ασαγγαίαν πάθη-
 μόνος, ἀντα καὶ κάτω τῆς φυλῆς πορείαν ἐφ-
 ξιγγάδες,

γίγνεσθ, ἐπεὶ κάματος ἀντῆ τῷ μημερυῳ σωμά-
πολεῖ καὶ ἄτοι μὲν τῷ Θεῷ τὸ δὲ πάντα συμβε-
πλεῖν, καὶ ὑπὸ ἐκείνῳ τετάχθαι, καὶ ἀρχαῖς. Διὰ
τότο τῇ τῷ ἡρακλεῖν ἔπιθυμίᾳ, καὶ ἀρχῆς ἐλπίδι
κάτω φοιτὴν ψυχὴν φέρεσθ. Οὐ δέ Εὔπεδο-
κλῆς ἐμφοβεῖται, νόμον εἶναι λέγων ταῖς ψυχαῖς
ἀναρτήσας ἐνταῦθα πεσεῖν. Τὸν δέ σοφιάς
τὴν αἰτούσιντον καὶ σεκινήσιν ἐκεῖνος ψυχὴν εἰς
φυτὸν ἐβρίζωσε, Λέγει γάρ.

Αὐτάρ ἐγω γνώμην κάρη, καθέργετε, θάμνος τε
Οἰωνός τε.

Socrates in Phædone ut vinculo quodam obstrictam, & in corpore velut
in tumulo sepultam animam (legen-
dum ὡς δεσμῶ πνι δεδεμένην) lamentatur,
& hoc vniuersum Empedocles antrum
vocat. Plato animæ ex hac vita discessum
ait esse fugam è spelunca & solu-
tionem vinculorum. Socrates profite-
tur se contemplari animas descendentes
pennis spoliatas. Eas enim cui
pennæ defluxerint deorsum ferri do-
nec steterint corpori appulsæ. Ως δεσμῶ
πνι (δεδεμένην) καὶ οἷον εἰ σύματη τῷ σώματι
διαπομένη τὴν ψυχὴν ὀλοφύρεται, Καὶ τὸ δὲ πᾶν

Εὐπεδονίης μὲν αὐτὸν ἐρικεν. Οὐ πλάτων δὲ τῇ πολιτείᾳ, καὶ τῷ δεσμῷ λύσιν, καὶ τῷ απηλαύῳ φυγὴν τὴν ἀντούθεν τῆς ψυχῆς ἐφι πορείαν. Socrates in Phædro, τὰς καπνόσις ψυχᾶς τῷ πλεον ἐψιλωμένας φυσὶ θεωρεῖν. Τὴν γὰρ περιφύσαν βαρύνεις καὶ φέρεις κάτω, ἔως αὐτὴν σώματι περιπλάσσεσσα. Quibus omnibus efficitur animam immortalem esse. Gregorius Nyssenus animæ immortalitatem ex eo probat quod animæ redeant ad tumulos ubi corpora sita sunt, lib. de Anima. licet inepta, & nimis plebeia hæc opinio. Videlur, inquit, ab hac sententia facere, quod vulgo dicitur, sæpe cerni ad tumulos vmbrosas functorū imagines. Si enim ita res est, nimius animæ ad corpus affectus arguitur, quæ ne corpore quidem soluta omnino ad ea euolare velit, neque patiatur ut in tenebrosam & inaspectabilem formam transeat, sed pristinæ formæ adsit, cum ea iam soluta est, & licet vinculis corporis

expedita, desiderio tamen eius in ijs locis vbi corpus situm est s^epe vagetur. Eadem de re Ænesius Platonicus. Audis, inquit, cuiusmodi sunt umbrosæ ad tumulos imagines, quæ aërea corpora, animarum simulacra, & idola vulgo esse putantur. Sed Ænesio respondet Euchitheus, nondū didicisti, maleficos Dæmones materiæ inuolucro septos, humanas imitando animas mentiri, & magos necyomantiæ peritos polliceri se eos qui iam mortui sint ab inferis excitaturos, qui tamen hominum animas carminibus non eliciunt, sed Dæmones, qui formas mortuorum induunt. Δοκεῖ δὲ πῶς ἀερὸς τὸν τοιαύτην ὑπόληψιν συμάδειν, τὸ οὐδέ τινων λεγεσθεῖ πολλάκις ὁρᾶσθαι τὰς τὴν συμάτων θέσεις συιοειδῆ πτια τῇ ματοτιχομέτρῳ φαντασματά. Εἰ γὰρ τὸν γίγνεται ἐπος ἐλέγχεται τῆς ψυχῆς οὐ πέρα τῆς δέοντος γνωμένην νῦν ἀερὸς τὸν σαρκώδην βίον αφεωσάθεια, οὓς μηδὲ ἔξωθεν σαν τῆς σαρκὸς καθαροῦς ἀντῆς ἐθέλειν ἀφίππασθαι, μηδὲ συγχωρεῖν τὴν παντελῆ γλυκεῖς θερέτραις τῷ

ἀειδὲς τὴν χήματος μεταπόντιν, ἀλλὰ τῶν φυλάκων
 ἐπὶ τῷ οἴδει, μῆτρα τὸ λυθῆναι τὸ εἶδος, καὶ ἔξω
 θυμομένην ἡδη τάχτη πόθῳ τοῖς τῆς ὑλῆς ὄπιπλα-
 νᾶς τόποις, Καὶ τοῦτον ἀντές αἰσθέρεφεδ. Εὐ-
 σίους, ἀλλ' ἀκόσιος οἵα τὰ τῶν μητέρων σπιοειδῆ
 φαντάσματα. Ταῦτα δέ τὰ ἀερόφθη τῷ ψυχῇ
 σώματα, ἀλλὰ εἴδωλα καλεῖται. Euchitheus
 δύπο μεμάθηκας ὡς δαιμόνια κακόεργα καὶ ἔνυλα
 τὰς αὐθερπίας ψυχὰς ὑποκείνεται, Καὶ οἱ γον-
 τῶν σοφιζόμενοι, καὶ τὸν πάλιν τεθνητότα καλεῖν
 ἐπαγγελόμενοι, όπις αὐθερπον ἔλκεσιν, ἀλλὰ τὸ
 δαιμόνιον, δέ τὴν αὐθερπήν τὴν εἰκότα τὸ εἴδωλον
 χηματίζεται. Arnobius l. 2. Audetis ri-
 dere nos cum gehennas dicimus, &
 inextinguibiles quosdam ignes, in
 quos animas deiici ab earum hostibus,
 inimicisque cognouimus. Quid? Pla-
 to idem vester in eo volumine quod
 de animæ immortalitate composuit,
 non Acherontem, non Stygem, non
 Cocytum fluuios, & Pyriphlegeton-
 tem nominat, in quibus animas affue-
 rat volui, mergi, exuri. Et homo pru-
 dentiae non prauæ, & examinis iudi-

ciique perpensi , rem inenodabilem suscipit , ut cum animas dicat immortales, perpetuas & corporali soliditate priuatas , puniri eas dicat tamen , & doloribus afficiat sensum. Quis autem hominum non videt quod sit immortale, quod simplex, nullum posse dolorem admittere. Quod autem sentiat dolorem immortalitatem habere non posse. Idem penè sentit Tertull. Apologet. cap. 48. Ideoque representabuntur & corpora , quia neque pati quidquam potest anima sine stabili materia , id est carne , & quod omnino de iudicio Dei pati debent animæ non sine carne meruerunt, intra quam omnia egerunt. Lactant. lib.2. cap. 13. Mors est, corporis animæque seductio. Secunda mors est æterni doloris perpeſſio. Vel ita. Mors est animarum pro meritis ad æterna supplicia damnatio. Idem lib. 7. cap. 20. At fortasse dixerit quispiam , si est immortalis

anima quomodo patibilis inducitur,
ac sentiens. Si enim ob merita punie-
tur, sentiet utique dolorem, atque
etiam mortem. Si morti non est ob-
noxia, nec dolori quidem: patibilis
igitur non est. Huic quæstioni, siue
argumento à Stoicis ita occurritur.
Animas quidem hominum permane-
re, nec interuentu mortis in nihilum
resolui. Sed eorum qui iusti fuerunt
puras, & impatibiles, & beatas ad se-
dem cælestem, vnde illis origo sit,
remeare &c. Arnobius l. 2. ex Valen-
tiniani sententia putat impiorum ani-
mas sœuam mortem expectare, quæ
non repentinam afferat extictionem,
sed per tractum temporis cruciabilis
pœnæ acerbitate consumat. Idem, sed
ego cum audio nescio quid præstans
animam dici, Deo vicinum, & proxi-
mum, scientem huc omnia superiori-
bus aduentare de sæculis, nolo illam
discere, sed docere, nec ex docta, vt

dicitur, elementariam fieri. Animæ si sunt incorporeæ obliuionem priorum nullam patiuntur contra Platonem, qui arbitratur animas ab æterno in rerum scientia viguisse, cum in corpus illapsæ sint, obliuione omnium multari, sensim tamen reminisci eorum quæ aliquando sciuerint. Apud Plutarchum l. 4. de placitis philosoph. Pythagoras & Plato animam immortalem esse asserunt, quia corpore soluta redit ad vniuersi animam, quasi, ad id quod secum vnius & eiusdem naturæ est. Αὐτοὶ δέ τινες τὴν ψυχὴν. Εἴσισθαι γὰρ εἰς τὴν τὰ πάντας ψυχὴν αἰαχοπεῖν περὶ τὸ ὄμηρόν τε. Stoici animam exentem sub corporibus ferri, & eam quæ sit imbecillior esse cum ijs quæ concreta sunt, cuiusmodi est anima indoctorum : quæ sit fortior, ut sapientum, usque ad conflagrationem permanere. Democritus & Epicurus animam cum corpore interire, φθαρτήν, τὸ σώματι συφεύγειν.

Pythagoras & Plato rationalem animam immortalem, quæ ratione careat mortalem esse dixerunt. Τὸ μὲν λογικὸν ἀφ-
θαρτόν, τὸ δὲ ἀλογευν φθαρτόν. Apollonius Thyaneus iuueni cuidam de animæ immortalitate dubitanti hæc apud Philostratum mortuus in quiete respondebat.

Aθανάσιος φορτὶ καὶ χείμασιν, ἀλλὰ περιβολίν,
Ηὔ μὲν σῶμα μέρανθεν, αὐτὸν δεσμῷ θόδος ἐπιπονός,
Πνιγίως περιθόρβοια περάνυται πέρι πυρφόροι,
Δειγήν οὐ πολύτλητον διποτερήσασα λαζείν.

*Est anima immortalis & incorrupta manebit,
Non tuares, verum, quæ prouidet omnia, Diues,
Quæ velut acer equinus corrupto corpore vincis
Profilis, & renui miscetur flamine cæli,
Seruitum durum linquens, patiensq; laborum.*

Philostratus in Heroicis vinitorem cum Phœniece introducit ita loquenterem. Ψυχαῖς γὰρ θεών θύμαις, καὶ μακαρίαις ἀρχὴ^{βί} τὸ καθαρόνσα τὸ σώματος. Θεές τε γὰρ ὁν
διπαδοί εἰσιν μικρούσοι τόποι, όντες ἀγάλματα θεού-
ποντοι, καὶ τεσσονίας, ἀλλὰ ξυνυσίας φανεροῖς
τοῖς ἀντίστοιχοι. Animis enim perin-

de diuinis ac beatis vitæ initium est cum corpore expurgantur. Deos enim quorum pedisequi sunt, tunc cognoscunt, non simulacra colentes, & quæ temerè suspicantur, sed veros atque apertos cum ipsis congressus facientes, morbisque, ac corpore liberi res hominum speculantur. Plato lib. de Anima. Τέτοιοι δὲ ἀντοῖνι φιλοσοφίᾳ ἴντεροι καθηγήμενοι, ἀνδρεῖς καμάτων ζῶσι τὸ θεράπευτικόν εἰς τὸν ἔπειτα ζεύσον, καὶ οἵσις δικῆσθε ἐπ τέτοιο καλλίγε ἀφικνεῖται. Horum qui philosophia abunde purgati sunt viuunt sine labore omni tempus quod consequitur, & in domos eunt longè his pulciores. Legendus est in Gorgia. Plura possem ex Platone, Iustino, Tertulliano, Augustino & alijs, tum sacris, tum profanis auctoribus, nisi abuti intemperanter otio studiosorum vere rer.

complaisant ois fuitieolam
semibiotinis singulipus, illi subiit in
pallidion, Anguillio & ciliis, tunc tascis
plicatioris ex pectoris, Tegi-
tum, quod est in gomos cum longis his
dinters, & in gomos cum longis his
lippore, omni ioculis dnoe conve-
latis spundo pinguis tunc tunc sine
excedere in latitudine, & in extre-
mitate excedere. Hoc in duplicitate
adversarii agmina. Hoc in duplicitate
adversarii agmina.



IVLII CÆSARIS
B VLENGERI,
ECLOGARVM
LIBER II.
*DE PERSIS, MEDIS,
& Parthis.*

CAP. I.



R NOBILI verba sunt lib. 6.
Ridetis temporibus Priscis
Persas fluuios coluisse, me-
morialia ut indicant scripta.

Et lib. i. Ut inter Assyrios & Bactria-
nos Nino quodam, Zoroastré que du-
ctoribus, non tantum ferro dimicare-
tur & viribus, verum & Magicis, &
Chaldeorum ex reconditis disciplinis.

Libet ad hæc Arnobij verba , de Persis, Medis, Parthis , Assyrijs, Chal-dæis , magis Babylonij , & eorum Dijs ac sacris ea sub legere, quæ à viro doctissimo Barnaba Brissonio prætermissa sunt. Imperij Persici origo à Medis ducta est , quorum regnum in-stituit Deioces , narrante Herodoto. Astyage autem Medorum vltimo rege, & Dario filio eius mortuis , Cyrus ad Persas imperium transtulit , quibus ereptum est ab Alexandro Philippi, Macedonib[us]que traditum , ad Arsacis Parthi ætatem , qui Parthicum im-perium ad Hadriani Rom. Imperato-ris tempora per seriem ad sui nominis hæredes protulit , quo tempore Artoxerxes in Persis exortus est , qui Parthis ereptum imperium ad Persas iterum retulit. Demum ad Arabas, Saracenos, Tartaros est traductum, Mahomet[us] religionibus imbutos, que superstitio sicuti Persas in hodiernum

diem inficit, ita & regni gubernacula tenet. Medos quidem à Madai Iapeti filio dictos volunt, Iosephus lib. 1. Origin. & Procop. lib. in Isaiam. Επειδὴ ὁ μαδαιὸς κτιστὸς ἦται τὸν μεδαῖον, δὲ επὶ μεδαῖον ἐκμέτεποντος. verbum penè de verbo reddit Hieronym. ad Isaiam cap. 13. Inuenimus in decimo Genesim quod Madai auctor gentis Medorum fuerit, qui intrepratur mensura, siue à potente. Madai filius fuit Iapeti cap. 10. Genes. Τιολιαφεδ γαμερ, καὶ μαγὼν οἱ μαδαιοί, καὶ ιωνῶν, Ut septuaginta interpretes loquuntur, vel ut Hieronymus, filij Iaphet Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan. Alij à Medo Medeæ, & Ægei Regis Atheniensium filio Medos dictos esse volunt, auctore Hygino Fab. 27. Medus, inquit, Ægei, & Medeæ filius, Perse matris patruo interemto, regnum Colchicum tenuit, & de se Medos appellauit. Strabo lib. 11. Medeam, & Iasonem in Media regnasse,

auctore est, Medeámque vestem Medi-
cam reperisse, Iasoni sacella posuisse.
Sed & Medeam currudraconibus iun-
cto in Persidem vectam canit Ouid. 7.
Metamorph. & lib. 3. Tristium Eleg. 8.
Dionysius disertè de Medis, & Medea
rem exponit, lib. de situ orbis. — Mündos

Κείνης τοι γενεῖς ἐρευνήσεος ὀμηραῶτες
Αἴταο θυγατρές.

Id est, Medi orti ex illustri genere filiae
Aëtæ Regis: postea subiungit, -- οὐδὲ
Φάρμακ' εἰπόσατο λυγραὶ γοναὶ πανδιονίδαιο

Λίδοι μὲν χῶροι νεῖνον λίπεν, ἐς δὲ βαθεῖαν
Πλαζομένη καὶ φῶτας ομόνυμον ἔκελ γαῖαν.
Τύπεν εἶσεπ τὸν πολυφάρμακον ἄνθρης ἔσται.

Quando, inquit, tetro veneno filium
Ægei Pandionidæ tollere constituit,
præ pudore loco excedere coacta,
errabunda per gentes ad cognomi-
nem sibi regionem deuenit. Ideo ho-
diéque Medi venenarij sunt. Auienus
eadem de re,

Num Medea ferox fuit ollis gentibus auctor?
Hæc cum Pandionis lectum componeret aulae,

Proditur, inq. fugam propere conpellitur exul
Has post in terras, &c. Denique ab illa
Medorum soboli Magicæ furor artis inhæret.

Quidam à Medusa Medos appellatos
volunt. Georgius Monachus, in chrono-
nico nondum vulgato prodit Lami
Assyriorum rege mortuo Perseum im-
perium cœpisse. Is Iouis inter postre-
mos filius fuit, qui Sardanapalo cæso
Assyrijs imperium eripuit, & Persis de
se nomen fecit, docuitque eos perni-
ciales Medusæ ceremonias, & magicas
artes, à qua & regioni Mediæ nomen
dedit. Εἰδαξε δὲ αὐτοῖς καὶ τὴν μυσαράν τελε-
τὴν, Καὶ μαγίαν τῆς λεγομένης μεδόσοντο δέ τις οὐκ
τὴν χώραν ἀπονέπων ἐπωνόμασε μιδίαν. Cedrinus
eadem dere, καὶ τὴν μυσαρᾶν σκύφας τῆς με-
δόσοντο δέ τις ιήτα πέρσων ὁ περσεὺς σιμουστείω
μυσαρωνίσας μαγίας, μιδός αὐτοῖς, Καὶ μιδίαν
τὴν χώραν ἀπονέπων μετωνόμασε. Perseus Persa-
rum quos caros habuit, Medusæ exse-
crandum calicem miscere docuit, &

Magiæ mysterijs initiatos, Medos & regionem Medium à Medusa nuncupauit. Ea gens talari & muliebri veste vſa est, narrante Strabone lib. i. quippe mollis, & delitijs diffluens. Nam & Xenophon Astyagen Cyri auum, oculis fuco oblitis, vultu cerussa & purpurisso composito, alieno capillamento, purpurea veste describit, quæ solemnia in Medis, annuli manus, monilia & torques collum grauabant. lib. i.

Παιδ. xv. πεκοσυπημένον ὁφθαλμὸν ἔποιχε αὐτῷ,
καὶ χρώματος ἐντείχει, Καὶ κόμαις περοσθέντοις ἀδήν
νόμιμα ἦν εἰ μίδαις, Καὶ οἱ πορφυρῆι χτῶνες, Καὶ
κένδυες, Καὶ σπερποὶ φεύγει τῇ δερῇ, Καὶ τὰ φέλλια
ωθεῖ ταῦτα χερῇ, Delitiæ ab opibus fuere,
Esa. 16. Ιδὲ ἐπογείεσθαι μῆνας, οἱ
ἀργύρειοι καὶ λογίζονται, ἐδὲ χρυσίας χρεῖαν έχοι.
Ecce suscito in vos Medos, qui argen-
tum non reputant, neque auro indi-
gent. Vbi Procopius ait, μῆδας οὐδὲ τὸ
πλευτεῖν χρημάτων ὑπολεγεῖν, Medos adeò
opulentos esse, ut pecunias despiciant.
Quare Sale Attico perurbane Medos
aspergit

aspersit Aristoph. in Auibus. πῶς ἀνδρεῖς μῆδος ὡν ἐπέπαστο, Quomodo cum Medus sit, sine camelo volavit, quod non pedites ingrederentur, sed Camelis, aut equis veherentur. In eorum olim institutis erat, maximè qui montani essent, ut regnum fortissimo deferrent. Mulieres in parte felicitatis ponunt, alere quam plurimos viros, quos si pauciores quinque alunt, non bene secum agi putant. Rex vero id cum primis studet, ut plures vxores habeat, qui mos in montanis obtinet, apud quos piaculare est, pauciores septem alere vxores, ait Strabo lib. II.

Καὶ τέτοιοι μηδικοί, τὸ βασιλέα αἰρεῖσθαι τὸν αἰδειότατον, ἀλλ᾽ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ὄρεοισι μᾶλλον δὲ τὸ, τοῖς βασιλέσσι πολλὰς εἴρα� γυναικας.

Vbi regnum ad Persas & Parthos translatum est, Medis hoc negotij datum, ut armenta equorum regia currarent, ob pabuli, frumenti, gregum

armentorumque copiam, Dionē narrante τὰ ἵπατοφόρβια πάντα τὰ Βασιλικὰ μήδοις ἐγκεχειρίσαι, σύγετε, καὶ θρηματίσων πλῆθος αὐλαῖς μητέρα παρ' ἀντοῖς. Strabo lib. II. Medium ἵπατοφόρον vocat. Hæc in uniuersum de Medis, quos ut à Madai dictos autumat Iosephus, ita & à cæteris Noëmi filijs, ac Nepotibus uniuersam Asiam insessam, appellatāmque ostendit lib. I. cap. 7. Originum. Semo enim tertio Noëmi filio quinque liberi nati sunt, à quibus tota Asia ad indicum usque Oceanum occupata est, Elymus Elymais Persarum principibus nomen fecit, à quo Elymais regio dicta, vbi Ecbatana cōdita sunt. Assur Ninū urbem cōdidit, à quo Assurij. Ammianus lib. 23. Belū appellat, quem eundē cū Assure pono. Arphaxades Arphaxadeis, qui Chaldaei, Aramus Arameis seu Syris nomen fecit. Plinius lib. 6. cap. 17. Scythas, seu Sacas ab antiquis Arameos dictos

ait. Ludas Lydos appellavit. Σήμα δὲ τῷ
τείτῳ τῷ νάχῃ οὐδὲν πέντε γίνονται παιδεῖς διπλῶν
μερῶν τῷ κατ' ινδίαν ὀκεανὸν κατέβαντος αἰσιαν. Εἴλυμος γὰρ ἐλυμαίνεις περσῶν ὄντες ἀρχηγέταις κα-
τέλιπεν. Αὐτέρετας δὲ νίνοι δικίζει πόλιν, οὐ τοὺς
ὑπηκόους ἀσυνείεις ἐπωνόμασεν δι μάλιστα δύδαι-
μόντοις. Αρφαξάδης δὲ τὰς τοῦ χαλδαίων πα-
λαιρίδας ἀρφαξαδαίς ὀνόμασεν, ἀρέτας ἀντίθ. Αἴγαμαίνεις δὲ ἀρεμός ἔχει, οὗτος ἐλλήνες σύρεται
περισσοτερότοτε, οὗτος δὲ λύδης τοῦ καλέσοι λέδησε
τε, τόπε λέδης ἔκπτε. Assyrijs Medisque
imperium ereptum est à Persis, quos si
Herodotus à Perse quodam Persei &
Andromedæ filio nomen sortitos esse
vult. Poëtæ ab ipso Perseo, Danaes &
Iouis filio. Vnde & Lycophron in
Cassandra.

Αὖτε αὖτι πάτων περσέως εἶναι αὐτοῖς ιστορία
Τῷ Θάλασσα μὴ βατί. περικλειστούσης
Sed pro omnibus vnum ē genere
Persei, qui maria ambulabit. Xerxem
intelligit. Cedrinus Perseum ait victis
Assyrijs Persas de se appellasse; apud
quos quinquaginta tres annos regna-

rit, & arborem Persicam cui nomen à se indiderat per omnem illum tractum disseminarit. Id ipsum docuit supra Georgius Monachus in Chron. Persis autem contigit ex omnibus barbaris, ut notissimi apud Græcos essent, quibus nemo eorum qui Asiam tenuere Persis exceptis imperarit. Cæteros neque græci nouerant, neque illi Græcos, nisi quantum fama exili perceperant. Neque enim Homerus Medorum, Syrorum uè imperium nouerat. Alioquin Ægyptias Thebas, & Phœnicum opes commemorans, Nini, Babylonis, & Ecbatanorum opes silentio non præterijsset, ait Strab. lib. 15.
Περθοι δὲ πέρσαι εἰλήνων ἐπῆρξαν, λύσοι δὲ ἐπῆρξαν μὴν, ἀλλ' εἴτε τῆς ασίας ὅλης ἐπῆρξαντες, ἀλλὰ μέρες πιος μικροί, τῇς ἀντοῖς ἄλυνος μόνοι.
Primi Persæ Græcis imperarunt. Lydi quidem dominati sunt, sed non omni Asia, at in illa tantum exigua ora, quæ intra Alym fluuiū est. Idq; non diu, sed

Crœsi modo, & Halyattis ætate. Persæ,
 Lydos, Medos, & in Asia Græcos sub
 iugum misserunt, Asiam ipsam usque
 ad mare tenuerunt, ait Strabo. Apud
 eos armorum studium etiam suo æuo
 viguisse prodit Procop. Persico primo,
 ut filios armorum ornamentiſ, non
 literis & scriptis adoptarent, εγάμιαν
 τὸς παιδας ποιεῖται, ἀλλ' ὅπλων σκευή. Eorum
 imperium ab Alexādro Philippi euer-
 sum auctor est Strabo lib. 15. Δαρεῖον
 κατέλισας Αλέξανδρος, αὐτὸς δὲ οὐδέποτε
 ἐτ, εἴτα εἰς πλείστης διαδεξαμένος, Καὶ τὸς ἐκ
 γῆς τόπον μεταθεῖσα ή τηγεμονία τῆς ἀσίας
 διελύθη. Συνέμενε δὲ δύο πεντήκοντα τοῖς
 διακοσίοις ἐτ. Dario victo Alexander
 decem aut undecim annos regnauit.
 Postea Asiac imperium in plures diui-
 sum Alexandri successores, tandem
 dissolutum est. Permansit annos cir-
 citer 250. Dionys. Halycar. lib. 1.
 Origin. ducentos tantum perseuerasse
 ait. Q. Curtius lib. 4. 230. annos.

August. lib. 12. de Ciuit. 233. annos.
 Clemens lib. 1. Stromat. 235. Manasses
 in Politic. à victo Nabonide ad Ale-
 xandrum 230. annos numerat, ἐώς Αλέ-
 ξανδρος ἐλθὼν ὁ μακεδῶν ὅμηρος περοῦν παρε-
 λυσεν ἀρχὴν, ἥρξετε διναστεία εἰς ἐπι σιαρνέσσασα
 δύο τε περιφέρειας κύριος δῆμος ἔκατον, καὶ σὺν ἀυτοῖς
 εἰς ἐπεργα τεῖς δέκα. Alibi tamen ait περοῦν
 βασιλείαν ἐφ' ὅλοις αὐτοτέλεοις ἐπει
 τελεοτοῖοις. id est, donec Alexander ma-
 gnus Persarum imperium cuerit, &
 imperauit regno quod permanferat à
 primo Cyro ortum, 230. annos. alibi
 trecentos totos annos perannasse ait.
 Artaxerxes Persa anno receptæ salu-
 tis 226. Parthorum rege Artabano
 interempto Persis imperium restituit
 sub Alexandro Seuero, de quo legendi
 Herodian. lib. 4. Georgius Monachus
 in Alexandro Seuero. Agathias Arta-
 xarem vocat, à quo genus Chosroæ
 ortum, ut Georg. Monachus. Chosroæ
 quippe dicti sunt vel nomine, vel

cognomine plerique omnes reges Persici ab Artaxerxe profecti. Duravit regnum ab eo institutū ab anno Christi 226. usque ad annum 422. quo anno Rex Persarum Iesdegird, ab Othman filio Ophan Scenitarū Arabum Amiran vicitus est. Hic rex vocatur à quibusdam Iasdagerdes Sarien Maître Rex Persarū. Georgius Chrysococcus Medicus in commentario de anno Persico vocat, Iasdacerden Sariar, id est, Sirois filium. Georgius Monachus vocat Adeser, qui tamen ultimum Persarum Regem facit Hormisdam. Sed ut ad vetera redeamus, Herodotus lib. 7. scribit Persas cum à Græcis deleti essent, per ludibrium *κνοῦντας*, id est vespas dictos, cum lingua Persica propriè Aretæi vocarentur, ut Medi Arij. Plin. lib. 6. cap. 17. Persas à Scythis Chorsaros appellatos ostendit. Idem Archæmenidæ dicti. Herodot. lib. 7. Αχαιρεύως οὐδὲ ὀκαυθέοντες.

Achæmenis filius Cambyses pater Cyri, cuius Teispes filius, Teispis Ariaranges, cuius Arsames, Arsamis Hystaspes, cuius Darius, Darij Xerxes. Ita enim à Cyro Darij genus deducit. Et lib. i. Persæ, inquit, optimi sum Pasargadæ, inter quos Achæmenidæ, tribus, & genus vnde reges Persei nepotes orti sunt. Φρήτρην δι βασιλεῖς δι περσεῖδας γεγόνασι. Plato Alcib. i. Ηδὲ τοιούτῳ μὲν ὡς δι μὴ λακεδαιμονίων βασιλεῖς οὐκοπλέεις, δι δὲ περσῶν ἀχαιμήνες ἔκχοντοι. Τὸ δὲ οὐκοπλέεις οὐδέποτε, οὐ τὸ ἀχαιμήνες εἰς περσέα τὸν διὸς ἀνάφερεται. An ignoramus Lacedæmoniorum reges ab Hercule, Persarum ab Achæmene duci? Herculis autem, & Achæmenis genus ad Persicum Iouis filium refertur. Plinius lib. 6. C. 23. Achæmenidas ait imperium protulisse usque ad Hypanin flumin portuosum Carmaniæ, & auri feracem. Parthi vero Scytharum exules fuere, ut vox ipsa indicat, quæ

solo mutatos, & extorres Scythica lingua significat. Hi quidem sub Assyrijs & Medis inter orientis populos maximè obscuri, vt Iustin. lib.41. Postea cum imperium à Cyro suscepsum esset, veluti vulgus sine nomine præda victorum fuerunt, & quidem adeo viles, vt Parthorum imperium Alexandri successores neglexerint, & illud Stagnori cuidam attribuerint. Administratio gentis, vbi Macedonum imperium desijt, sub regibus fuit. Proximus majestati regum popularis ordo est. Ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace habent. Sermo his inter Scythicū, Medūmque medius. De iisdem Ammianus Marcel. lib.23. Feri sunt illi habitatores pagorum omnium, atque pugnaces, eōsque ita certamina iuuant, & bella, vt iudicetur inter alios beatus, qui in prælio fuderit animam. Excedentes enim è vita morte fortuita conuitijs insectan-

tur, vt degeneres, & ignauos. Leones
in pugnam præmittere soliti dicuntur,
à quibus interdum ipsi clade affecti.
Lucret. lib. 5.

*Et variis Par:hi præse misere Leones
Cum ductoribus armatis, sœuisq; magistris
Qui moderarier his possent, vinclisq; tenere,
Ne quicquam, quoniam permixta cæde
calentes,*

Turbabant sœui nullo discrimine turmas.

Iidem usque adeo rei bellicæ studiosi,
narrante Ammiano Marc. l. 24. vt nihil
aliud apud eos fingeretur, aut pingi-
retur, præter varias cædes, & bella.
Eorum reges omnes Arsacæ, & Arsac-
idæ dicti, quod ab Arface Partho, seu
Scytha, primo bello punico, L. Manlio
Bulso, M. Attilio Regulo Cos. sub
Seleuco rege Antiochi pronepote, in
libertatem asserti sint, quo tempore
Theodotus mille vrbium Bactriana-
rum præfectus, à Macedonibus Rex
appellatus est. Strabo lib. II. Emit

Αρσάκης ἀντὶ συνέπειας τῷ δαῶν πινας ἔχων τὰς
παρυγές τομάδας παρειπάντας τὸν ὄχον, ἐπῆλθεν
ὅπι τὸ παρθεναῖαν, καὶ ἐπείπτοντες ἀντῆς. Οἰδὲ
Βαντειανὸν Αρσάκην λέγεσθαι. Arsaces vir
Scytha, Nomadum aliquot ex ijs
Dacis qui Parni dicuntur, & ad
Ochum fluuium siti sunt, comitatu se-
ptus, in Parthicam irrupit, eamque
occupauit. Alij Bactrianum Arsacem
esse volunt. Bactrianos Amm. Marcel.
lib. 23. prope Anthiochiam, & Nisæam
ponit, quæ natio potentissima, & Persis
semper infesta fuit, ante quam circum-
sitos populos omnes ad deditonem,
gentilitatēmque traheret nominis sui,
quam rexere veteribus etiam sœculis
Arfaci formidabiles reges. Inde Ca-
meli validi à Mithridate perducti, &
tunc primum in obsidione Cyzicena
Romanis visi. Quæ tamen verba indi-
cant Arsacem aut minimè Bactrianum
fuisse, aut Bactrianis non imperasse.
Reges igitur omnes Parthorum Arsa-

cæ dicuntur in vniuersum ait Strabo lib. 15. Singulariter autem alius Orodes, alius Phraates, alius alio nomine. Nec cuiquam aditus ad imperium patuit, nisi qui ex Arsacis genere oriundus esset. Iosephus lib. 18. Origin. c. 3.
Ἐπαρθείσοις βασιλέων τες ἐκ γένες οὐδὲν αρσακίδῶν εἰσι. καὶ γὰρ ἐπεργιταῖς αρχεῖν νόμιμοι. Hunc Arsacen obscuro genere fuisse ait Ammi. Marcel. l. 23. qui latronum inter adolescentię rudimenta ductor fuerit, demumque Nicatore Seleuco cæterorum victore superato, Præsidijs Macedonum pulsis regnū arripuerit, cumq; mortem obiisset , singulari populi, principiūmque consensu, astris, vt ipsi existimāt, ritus sui consecratione permixtus sit omnium primus. Vnde hodieque reges eius gentis prætumidi, appellari se patiuntur Solis & Lunæ fratres , Arsacēnque pro Deo habent, adeo vt ad ætatem usque nostram non nisi sit Arsacides , quisquam in susci-

piendo regno cæteris anteponatur, & in ciuili concertatione quæ frequens est apud eos, quasi sacrilegiū quisque caueat, ne dextra sua Arsaciden feriat vel priuatum, ait Ammianus. Vnde apparet etiam euerso Parthorum imperio ætate Iuliani desertoris, cum Persæ ad gubarnacula federent, Arsacidas tamen in aliquo numero fuisse. Regna autem Parthorum duodecim sunt omnia. Ita enim diuidunt prouincias circa duo maria teste Plin. lib. 6. C. 25. Ex ijs vndecim quæ superiore dicuntur incipiunt à confinio Armeniæ, Caspijsque littoribus, pertinet ad Scythes, cum quibus ex æquo degunt. Reliqua septem regna inferiora appellantur, quæ ad Parthos attinet. Ipsius Parthiæ caput est Ecatompylos. Ibidem ponit Plinius portas Caspias, quæ aliæ sunt à portis Caucaſi, seu Iberiæ. Portæ enim Caspiæ sunt ad mare Caspium, Caspijs gentibus

iunctæ, interruptis angusto transitu
iugis, ita ut vix singula meent plauftra,
longitudine octo millium passuum
toto opere manu facto, quæ causa por-
tarum nominis, auctore Plin.lib.6.C.

14. Caucaſiæ vero portæ in Albaniæ
confinio, ingens naturæ opus, monti-
bus repente interruptis, vbi fores ob-
ditæ ferratis trabibus, subter medias
amne Dyriodoron fluente, vt ibidem
Plin. C. II. Strabo lib. II. H' d' e' 6π' ταῦς
χαστίας πύλαις ἐν ταπεινοῖς ἐδάφεσι, Καὶ ποίλοις
ὅσα δέδαιμων σφόδρα ὔστι, Καὶ πανφόρες πλὴν
ἐλαῖας, Γηπόβορος δὲ Καὶ ἀυτή ὔστι δέαφερόντως.

Ad Caspias portas solum humile, &
in conuale situm ubertimum est, &
omnium ferax demta olea. regio equis
alendis commoda. Parthiam Græci
Parthiæam, Q. Curtius Parthienam
vocat lib. 5. quæ gens olim ignobilis,
eius ætate caput omnium qui post Eu-
phraten, & Tigrin amnes siti rubro
mari terminantur. Schytæ regionem

campestrem, & fertilem occuparunt,
graues adhuc incolæ. Nec dubitatur
quin Scythæ qui Parthos condidere,
non à Bosporo, sed ex regione Europæ
penetrauerint. Vrbs erat ea tempestate
clara Ecatompylos, condita à Græcis.
Parthienen Strabo lib. 5. his terminis
definit. Parthia, inquit, ampla non est,
ut quæ à Persis, & Macedonibus re-
rum dominis, cum Hircanica fuerit
censa. Densa syluis est, montibus aspe-
ra, & inops, ὡς τὸν δρόμον οἰκεῖασι τὸν
ἴαυτον οἱ βασιλεῖς ὅχλοι, οἱ διωρέντες
τῆς χώρας εἰδούσι μηρού. Αὐλὰ τοῦ πονηταί.
Ἐπαγόμενοι τὸ τῆς παρθνίων βασιλεῖον ἔστι.
Itaque curriculo reges hanc ob causam
copias suas illac transmitunt, quod ea
regio vel ad breue tempus eas alere
nequeat, quamquam hoc tempore, au-
ctior, commodiōrque effecta est. Eca-
compulos Parthorū regia. Cur autem
exercitus per ea loca cōmode traduci
non posset, aquæ penuria in causa fuit,

quæ nusquam penè in superficie apparet, quanquam plerique sunt putei alti, sed ignoti peregrinis, in quibus aquæ latent. De illis verus sermo ab indigenis fertur, Persas, quo tempore in Asia rerum potiebantur, gratiam incolis eam fecisse, ut qui de fontibus aquas in ea loca quæ prius irrigua non fuerant, deriuassent, regionis eius fructus per quinque ætates, suos facerent. Vnde cum in tauro monte plura essent aquarum colliquia, & scaturigines, neque sumtui neque labori pepercérunt, ut aquas è longinquo per tubulos ac fistulas subterraneas deriuaret. Polyb. lib. 10. Αρσάκης δὲ τὸν ἔρημον τὸν τύποις
 καθέχων, ἢ τολμήσας ἐπι μαίμει τηλικάντη
 θιενθαλεῖ, καὶ μάλιστα δέ τὸν ἀνυδρίαν. Επι-
 πολῆς γὰρ φόρέν έστι φαινόμενον ὑδωρ ἐν τοῖς καθ-
 ειρημένοις τόποις, ὑπόνομοι δὲ πλείστοις εἰσὶ, καὶ
 δέ τῆς ἔρημος φρεατίας ἔχοντες, αγνοείντας τοῖς
 ἀπίστοις, &c. Antiochus autem cum
 Arsacem suffugientem sequens solitu-
 dinem

dinem transmisisset, Ecatompylon ve-
nit in media Parthiane sitā, quæ ex eo
dicta est, quod in eam incidat transitus
ad omnia circumquaque loca feren-
tes, ait Polybi. Paretonis quidem, qui
tenent caspias portas à latere dextro
occurrunt deserta Parthiæ, & Citheni
iuga. Mox eiusdem Parthiæ amoenissi-
mus locus Choara. Duæ vrbes ibi Par-
thorum, Medis oppositæ, Calliope, &
in rupe Isatis. Ipsius vero Parthiæ ca-
put Hecatompylus abest à portis 132.
mil. passuum. Ita Parthorum quoque
regna foribus discluduntur, ait Plin.
1.6.C. 15. latitudo Parthici regni non-
genta 44. mil. pass. patet, eodem au-
ctore c. 26. lib. 6. Manasses existimat
Sesostrin Ægypti regem Hunnos in
Assyriam traduxisse, & Parthos appel-
lasse. ————— *Σέσωστρις*

Toῖς δὲ γραῦοῖς δὲ γαείοις τὸν γῆν αὔτυειω,
Καὶ παρθές μεταρόμαστη τὰς αὐτάς, οἵτοι οὐδαε.

Sed dabo tibi de Parthis quem liben-

ECLOGÆ
ter audias Auienum.

Ecce sub immenso camporum vertice Parthi
 Rura tenent, curui nec quicquam vomeris usus;
 Exercent, saui se semper Martis in armis,
 Sica comes lateri est, manus aut hastula vibrat,
 Demittunt pharetras humeris, & letifer arcus
 Semper inest leuæ, neque per compendia duras
 Demittunt animas, non pupibus æquora fulcant,
 Non proni gregibus pecoris fera vita iuuat, &
 Sed quatit alipedum sola semper cursus equorum,
 Pressaque terræ gemit, discurrunt crebra per auras
 Spicula.

De Draconibus parthicis locus est
 elegans apud Vopiscum in Aureliano.
 Tunc, inquit, illæ vestes, quas in tem-
 ple solis videmus consertas gemmis, tū
 Persici dracones, & tiaræ, tum genus
 purpuræ, quod postea nec vlla gens
 detulit, &c. Apud Parthos iam olim
 cohortes millenariæ fuerunt, & suus
 cuique cohorti Draco. Lucian. lib. de
 Conscript. hist. Οὐτοις ἀκειθῶς πάντα ἐω-
 φένει, ὅτε τὸς δράκοντας τὸ παρθινίων, (σπ-
 μένον δὲ πλήθες τέτοιοις, καλίξες γὰρ οἷμα
 ὁ δράκων ἄγε) ζῶντας δράκοντας πανμεγέστεις

Εἰ γνωμένος εὐ τῇ περοῖς μηδὲν ὑπὲρ τὸν
 Ἰβηριαν. id est, ita accuratè omnia specta-
 rat, vt dracones Parthorum, quod
 signum est milites mille ducēs, viuos,
 ingentes, qui gignuntur in perside
 paulo supra Iberiam exhorresceret.
 Dracones illos magnis perticis illiga-
 tos sublimes aiebat attolli, qui à longè
 cum procedunt terrorem hostibus ini-
 ciant. In ipsa re cum ad manus ventū
 esse eos soluunt, & in hostes immittunt.
A Parthis Romani dracones suos mu-
 tuati sunt. Legatur Lucianus ibidem.
 Vestis olim Scythica Parthis, braccæ
 pellitæ, postea quam accessere opes, vt
 Medis, perfluens. Armorum mos Scy-
 thicus. Exercitū maximam partem fer-
 uorum habent, quorum vulgus magis
 in dies crescit, cum nulli seruum ma-
 numittere liceat. Hos pari ac liberos
 suos cura habent, & equitare, sagittas-
 que mittere docent. Locupletissimus,
 vt quisque est, ita plures in bello regi

suo præbet. Cominus in acie præliari aut obsidere vrbes nesciunt. Pugnant datis , acceptisque tergis. Signum his in prælio non tuba , sed tympano datur. Munimentum ipsis, equisque loricæ plumatæ, quæ vtrosque toto corpore tegunt. Auri, argentique nullus nisi in armis usus. Nulla delicta adulterio grauius puniuntur. Quam obrem fœminis non conuiua modo virorum , sed & aspectus præcluduntur. Carne non nisi venatibus quæsita vescuntur. Equis omni tempore videntur domini , serui pedibus incedunt. Hoc enim inter vtrosque discri- minis loco est. Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia , quippe violentiam viris, humanitatem fœminis propriè conuenire arbitrantur. Natura taciti sunt , Principibus metu, non pudore parent, libidinosi, in cibo parci , fidem utilitate metiuntur , ait Iustin. l. 41. Habitant trans tigrim

fluum in arcibus, castellis, ac vrbibus, cum alijs, tum Ctesiphonte, quæ regia eorum est, vt Dio lib. 40. Οἰκεῖοι δὲ ὑπὲρ πίχειδος, τὸ μὴ πολὺ τείχι καὶ φρεία, ἵδη δὲ καὶ πόλεις ἀλλας τε οὐκτοσιφῶνται, ἐν τῇ τοις πάλαι βαρβάροις, καὶ τόγε ὅνοματέον, καὶ τῶν περσικῶν βασιλείαν εἶχον. Αλλὰ τότε μὲν ἀπότελε τὸ μέρει χώρας βεσχεῖ ἄκουν, οὐ διωασείαν ὑφρόειον ἢν ἐμέκτην. Id est, etiam inter antiquos barbaros genus eorum fuit. Nam nomen Parthorum sub Persico regno gesserant. Cæterum eo tempore & regionem haud magnam obtinuerant, neque extra fines suos imperium suum extulerant. Posteaquam autem & Persicum regnum euersum est, ἔτε τὸ μέσον τότε θεφτον ὅπ' Αρσάκη πιὸς ἀφίκονται, καὶ διτυχίσαντες τὸν ταπισιόχωρον ἐκτίσανται πᾶσαν τὴν μεσοποταμίαν σαβαπείαν κατέχον. Tum primum sub Arsace quodam in medium prodierunt, & rebus secundis usi, omnes finitimas regiones occupauerunt, &

Mesopotamiam, quæ prius à præfecto
regebatur, sui iuris fecerunt. Tandem
eo gloriæ, potentiaque processerunt,
ut & tum temporis bello Romanis re-
sisterent, & in hunc usque diem aduer-
sarij, paresque his habeantur. Sanè
bello multum possunt, nomen tamen
re majus adepti sunt, τῇ δὲ δὴ ὄπιλοισι, οὐ
τῇ τῇ πολέμων διαχειρίσοις τοῖα δὲ γεῶντα.
Αὐτοὶ μὲν δὲν νομίζοσι (fortè νέμοσι, aut
ἀυτοδαιμόνιον δὲν νομίζοσι) ὑποστέζοται δὲ καὶ
ἀνονθόεσθι τὰ πολλὰ κατάφευκτοι σπαρένοντα.
Id est, armatura eorum usque armo-
rum talis est. Scuto nihil tribuunt,
sed sagittis, jaculisque ipsi equites
utuntur, & cataphracti maiori ex parte
militant. Pedites inter eos pauci,
iisque imbeciliores, qui & omnes sa-
gitarij sunt, & in hoc studio à pueris
versantur, cælumque ipsum, & regio
ad utrumque ipsis conducunt. Regio
enim plana, ut plurimum est, & cum
ad alendos equos, tum ad equitan-

dum aptissima. Itaque armenta tota
equorum in bella ducunt, ut subinde
mutatis equis, subito ex longinquo
adequitare, rursusque repente referre
pedem possint. Iam aër apud ipsos est
siccissimus, humorémque ne minimum
quidem habet. Itaque sagittarū vsum
ipsis intentissimum præbet, excepto
eo tempore quo summa est hyems,
ideoque ea tempestate nusquam in
bellum exeunt. Reliquis anni parti-
bus si vel in sua, vel in similis naturæ
tetra bellum gerant, superari vix pos-
sunt. Consuetudine enim hoc habent,
ut solis æstum acerrimum ferant. Ad-
uersus sitim multa remedia inuenta
ipsis sunt. Quæ res ipsis ad propulsan-
dam vim, si quis fines eorum irruperit,
non parum prodest. Extra suos fines
trans Eufratem aliquando proëlijs, &
excursionibus non nihil egerūt, tamen
iustum bellum gerere nisi domi suæ
nequeunt, cum in alienam ab ingenio



& habitu suo terræ, & aëris constitutionem deueniant, ac commeatui, impedimentisque militum ferendis sarcinas nullas usurpent, καὶ μήτε σίτου, μήτε μάσοφόρων σκέυη ποιάμενοι, ait Dio. Plin. Parthiæ situm ita terminat l. 6. c. 25. Parthia semper fuit in radicibus montium qui Armeniam, Caspias, & Scythiam prætexunt. Habet ab ortu Arios, à meridie Carmaniam, & Arianos, ab occasu Pratitas Medos, à Septentrione Hircanos, vndique desertis cincta. Vlteriores Parthi Nomades appellantur. Regio Nisæa Parthienes nobilis, ubi Alexandropolis à conditore. Iam verò ut reliquas Asiæ partes læui manu attingamus Ioseph. l. 1. c. 7. Origin. Aramum vnum fuisse ex quinque semi liberis auctor est, à quo forte Armenia, cuius filius vses Trachonitin occupauit, & Damascum exstruxit, Armenia Otrus frater eius, Geteris & ipse Arami filius Bactrianos, Mesas eius frater

Messamæos. De Armenijs Iulian. in
 Encomio Constantij, οἱ ἀρμένιοι παλαιοὶ
 σύμμαχοι των Ἀρμενίων, καὶ μοῖραι σφῶν ἐφάυλη
 πέρσαις αὐτοθέμενοι, τὴν ὅμοιον σφισι λίτσαις
 κατατρέχοντες. Armenij, inquit, Populi
 Rom. iam olim socij, seditionibus in-
 testinis agitati, quorum pars non pœ-
 nitenda in fidem Persarum se dedit,
 qui agros conterminos latrocinijs, &
 excursionibus populati sunt post obi-
 tum Constantini Magni, sed Constantio
 filio eius imperatore protinus ad
 clientelam Populi Rom. redierunt,
 Armeniāν οἱ αὐτοθέμενοι τῆς πόλεμοις διδύς
 μετέσπουσαν. Iam inde à Pompeio Magno
 Armeniae reges à Romanis regnū iure
 donati sunt, cum olim à Persis & Par-
 this id ius consequerentur. Nero Tri-
 dati à Corbulone victo diadema im-
 posuit, eamque diem auream vocauit
 apud Dionem. Τῇ θεάτρᾳ πειθέρεια πᾶσα
 ἔνδοξεν ἐκεχειρώσατο, καὶ τὸ ἄλλα δόσα ἐσήσει χειροῦ
 ἐπεκβούσιν, ἀφ' ἧς τὴν ἡμέραν ἀντὶν χειροῦ

πενόμαστον. Omnis Theatri ambitus introrsus inauratus est, & alia quæ inferebantur auro insignita. Armenia autem diuidebatur in præfecturas, & strategias barbaris nominibus, ait Plin. lib. 6. cap. 9.

DE MEDIA, PER side, Parthia.

CAP. II.

NI HIL egisse videatur, qui de Medis & Persis agit, nisi situm & ingenium locorum, vtcunque delineet, vnde hominum ingenia, vt plerumque pendent. Media igitur ab occasu transuersa, oblique Parthiæ occurrens vtraque regna includit. Habet ipsa ab ortu Caspios, & Parthos, à Meridie Sittacenen, Susianem, & Persida, ab occasu Adiabenens, à Septentrione Armeniam. Persæ ru-

brum mare semper accolueret, propter quod is sinus Persicus vocatur. Regio ibi maritima Cyropolis, qua vero ipsa subit ad Medos, Elymais. Megala appellatur locus arduo montis ascensu, per gradus introitu angusto, ad Persepolin caput regni, dirutam ab Alexander. Præterea habet in extremis finibus Laodiceam ab Antiocho conditam, inde ad orientem Magi obtinent Pasargadas castellum, in quo Cyri sepulchrum est. Et horum Ecbatana opidum translatum à Dario rege ad montes, ait Plinius. Stephanus de vribus, τὰς δὲ πασαργάδας ἔπιπον ὁ κῦρος ἵψε τόπῳ ὡδηταξάμενος Αὐτάγην ἐνίππει. Pasargadas condidit Cyrus in eo loco ubi collatis signis Astyagen vicit. Apud Q. Curtium lib. 5. male Persagadum legitur. Melius Diodor. lib. 17. πασάρ-
γαδα τὰ μεγάλα, οὗ καὶ τὴν δικαιμένην ὁ εἰρηνή
βασίλεια. Pasargada magna, & per or-
bem decantata, regia vrbs. Strabo lib.

15. Pasargada βασίλεια ἐκπρεπῆ, καὶ μάλιστ
τῇ πολυτελείᾳ τῷ νεκρῶν. Regia vrbs
excellens, magnificentia maximè eorū
quæ ibi posita sunt. Q. Curtius lib. 10.
Pasargadas ait gentem esse, cuius satra-
pes orfines erat sub Alexandro, qui
genus ducebat à Cyro. Ibi enim gens
Achæmenidum. De Media Ammianus
Marcellinus lib. 23. At in læua Media
confinis Hircano panditur mari, quam
ante regnum Cyri superioris, & incre-
menta Persidos, legimus Asie reginam
totius Assyrijs domitis, Quorum plu-
rimos in Acropatenæ (lego Atropate-
næ) vocabulum permutatos belli iure
possedit, pugnatrix natio, & formida-
da post Parthos, à quibus vincitur so-
lis, regiones inhabitans ad speciem
quadratæ figuræ formatas. Strabo,
duas Medias ponit, alteram magnam,
alteram Atropatiā, ab Atropato duce,
qui obstitit, ne ea in Macedonū pote-
statē veniret, quanquam magnę Medię

pars est. Is Rex à popularibus creatus, regnum illud à reliquis separatum constituit, cuius in hanc diem posteri regnant, affinitate per nuptias cum Armeniæ, Syriæ, Parthiæque regibus cōtracta. Apollonides prodit eos ad decem equitum, 40. peditum millia posse suppeditare. A Parthis & Armenijs, res eorum sæpe acciduntur. Resistunt tamen, & ablata recuperant, sicut Symbacem receperunt ab Armenijs, quas Romani sub iugum miserant, & ipsi ad Cæsarem accesserūt. Colunt tamen & Parthos. Regia ijs per æstatem in planitię sita gaza, & loco edito, & natura munito Vera, quā in expeditione Parthica oppugnauit Antonius, sicuti Parthi, & olim reges Mediæ maioris æstuabant Ecbatanis, hybernabant Seleucię Tigridi impositę prope Babylonem. Persis tamen Ecbatana hybernum erat domicilium, ut & Macedonibus ait Strabo. lib. II. Ηγίνε ὁ βασιλεὺς

τερίσας ἐν ἀπωτάνοις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν ἤστα-
βάνοι, id est, cum Rex Ecbatanis, per
æstatem egerit, Babylonem pergit.
Lib. 16. auctor est, Cthesiphonte Par-
thorum reges hyemasse, Ecbatanis &
in Hyrcania æstate fuisse. Q. Curtius l.
5. ille iam Ecbatana peruererat, caput
Mediæ, nunc tenet Parthi, eaq; æstiua
genti. Sed in re procliui multi sumus,
Polybiū audiamus l. 10. Media, inquit,
magnitudine cæteras omnes ad ortum
regiones superat, locis opportuna, ho-
minum equorūmque ferax, robore
pollentium. Inde equitatus regi, totiq;
Asiæ. Circumquaque vrbes Græcæ à
Macedonibus conditæ, vt ab incursio-
nibus barbarorum tuta sit, exceptis
Ecbatanis, quæ ad Boream Euxinum
pontum, & Mæotidem paludem spe-
stant. Erat olim Medorum Regia, opi-
bus, & structura cæteris illustrior, sita
ad radices montis in finibus Mediæ,
discincta mœnibus. Arcem habet ma-

nu hominū & operibus munitissimam,
vbi palatia Persis, quæ 7. stadia in am-
bitum patent. Fabrica lignea è Cedro,
& Cupresso. Trabes & laquearia, colu-
mnæque siue in porticibus, siue in
peristylijs, laminis circumamictæ au-
reis & argenteis, imbrices, ac regulæ
argenteæ, laminarū istarum pleræque
sub Alexādro, deinde quod supererat,
sub Antigono, & Seleuco Nicatore
dereptum est. Ipsum Ænæ (lego Nan-
næ) delubrum columnas auro illitas
sub Antiocho habuit. Plinius Ecba-
tana à Seleuco condita putat lib. 6. c.
26. cum alio loco Ecbatana opidum à
Dario rege ad montes translatum assi-
ueret. Herodotus lib. 1. à Deioce pri-
mo Rege Medorū, quam urbem sep-
teno murorum ambitu clauerit. Primi
ambitus pinnæ albæ, secundi nigræ, 3.
puniceæ, 4. cæruleæ, 5. sandaracinæ, 6.
argento illitæ, septimi auro. Ammian.
l. 23. Ecbatana sub Iasonio mōte ponit

in terris Syromedorum. Historia sacra lib. Iudith. cap. 1. Arphaxad conditorem facit à quo Arphaxadæi Chaldæi dicti. Is Mediæ rex Ecbatana urbem mœnibus cinxit è lapidibus scalptis, latis tres cubitos, longis 6. altitudo mœnium 60. cubiti, latitudo 50. Quæ verba de arce accipinda sunt. Vrbs enim ἡνὸς τὴν παρεργίαν τὴν αὐτῆς τὸν ὄρον ἀπέκχεισθαι, ἀκρεν δὲ ἐν αὐτῇ χειροποιητὸν ἔχει θαυμασίως περὶ ὅχλοντα κατεπιβασμένην, ut loquitur Polyb. l. 10. Turres ad portas altæ cubitos centum, per quadrum earum latus vtrumque 20. pedes porrigitur. De Media Polybius lib. 5. Media sita est in Asiac meditullio, omnibus Asiac locis & amplitudine spatij & altitudine montium quibus cingitur præstat. Præiacet ei ab ortu planities eius deserti quod Persidi & Parasiæ interiectum est. In potestate habet Caspias portas. Tapyrorum montes propter Hircaniam contingit, ab austro

austro Mesopotamiam , & Apollonia-
tidem spectat. Adsidet Persidi, & tegi-
tur monte Zagro, &c. Q. Curtius l. 5.
Persarum regiam Persepolim facit,
multa cedro ædificatam. Ammianus
Marcellinus, Ctesiphonta. Herod. l. 5.
Sufis Σούρας ποιεῖται τὸν βασιλέα. Strab.
l. 15. Cyrus Sufis τὸ τῆς ἵγεμονίας βασίλειον.
Sufis agere solitum regem. Sufis Cy-
rum imperij posuisse domicilium. ex
quibus apparet non vnam fuisse Me-
dis, Persis, ac Parthis regiam urbem,
sed plures. Sufis Alexander reperit
talenta auri & argenti infecti supra 40.
millia. Auri signati Darij nota, Dari-
cos vocant, 9. millia. vt Diodor. Sicul.
l. 18. Εὐτελίχιλια τάλαντα χεισθ-
εα δαρεικὸν ἔχοντες. Plutarch. in Alexand.
πορφυρᾶς ἐρμονικῆς τάλαντα πινακίχιλια.
Quinque millia pondo purpuræ Her-
mionicæ. Q. Curtius l. 5. Pasargadis
erant thesauri Cyri prioris. Arian. l. 3.
de vita Alex. Alexander sex millia

talentum Pasargadis inuenit. Strab.
l. 15. Ecbatanis 180. millia talentum,
~~δύοτε καὶ δέκα μυριάδας ταλάντων.~~ Arrian.
l. 3. Alex. Persepoli thesauros , &
monumenta patrum, vt in locis muni-
tissimis , & auitis reges habebant , ait
Strabo , ~~ώς ἐν τόποις ἐρυμωτίσεις Καμαρε-~~
~~γωνοῖς.~~ Diodor. l. 18. à Cyro priore
ad Darium vltimum regiæ opes Perse-
poli congestæ erant. Alexander in arce
reperit 120. millia talentum , ~~δώδεκα~~
~~μυριάδας ταλάντων~~, si aurum ad calculos
argenti vocetur , ~~εἰς ἀργυρίς λέγον αὐγορύθμος~~
~~ἀργυρίς.~~ Diodor. Sicul. l. 17. & Q. Cur-
tius l. 5. eam arcem Thaidis impulsu
ab Alexandro incensam produnt. Per-
sis certè tota petrifica & aspera est,
Palestinæ & Iudææ situ , & vbertate
assimilis , ait Hieronym. ad c. 8. Da-
niel. Xenoph. l. 1. Cyri instit. Termi-
natur à Septentrione Media, ab occasu
Susiana, ab ortu Carmania, ab Austro
parte Persici sinus , vt Plin. & Strabo

Solin. c. 68. Persidem Carmaniæ annecti ait, & ab insula Aphrodisia incipere, porrigique littore quo occasui obiacet in millia passuum 50. Ea insula Plinio dicitur Aphrodisias, Dionysio lib. de situ orbis, Colyas. Gens est diues variarum opum ait Solin. Vnde & Plaut. in Sticho Persarum montes aureos commemorat. Iuuen. Saty. 14. Persidis gazas. Auienus.

Vita opulens genti, gazas quoque terra ministrat.

Omnibus, & largum populis producitur aurum.

Diues in his mons est, iam longi tempore sacli.

*Ex quo * Mænonios bello triuere cruento.*

Illidunt auro vestes, & cuncta teguntur.

Auro membra virtus, auro vestigia condunt.

Legendū* Memnonios, id est Assyrios & Medos. Plin. l. 6. c. 13. Persarū regna, quæ postea Parthorum fuerunt, inter duo maria, Persicum & Hyrcanū Caucasjs iugis attolli ait. Principes vrbes fuere in Media Ecbatana, Arsacia, seu Europus, Cyropolis in Perside, Axima, Persepolis, in Parthia Hecatom-

pylos, Ambradaca, Aracana, quam Ammian. lib. 23. Artacanam, Strabo l. 16. Artacenam regionem ad Arbela constituit, in Assyria Ninus, Arbela, Ctesiphon, in Susiana Susa, & Tariana, de quibus Strabo lib. 11. Europus dicta est, & Ragæa, ab ea vrbe quæ Rages in libro Tobith vocatur, quam Arsaciam ab Arsace dictam Strabo, & à Nicatore conditam scribit. Καὶ ὁ τεῖχος ἡράκλειος
ἡ ἀνὴρ εγείνα τὸ τέλον περιτεῖχε κτίσμα ὅπου εἴναιος
μηδὲ δέρπων ἀνόματος, παρθεὶς οὐδὲ Αρσακίαν.
Babylon olim nobilissima in solitudinem abiit, exhausta vicinitate Seleuciæ ob id conditæ à Nicatore, de qua Ammian. lib. 23. Seleucia ambitiosum opus Nicatoris Seleuci, qua per duces Veri Cæsar is, ut ante retulimus, expulsata, auulsum sedibus simulachrum Chomei Apollinis, perlatumque Romanum in æde Apollinis Palatini Deorum antistites collocarunt. Plin. l. 6. c. 26. Seleucia Babylonia nominatur,

libera hodie, ac sui iuris, Macedonumque moris est. Ferunt ei plebis vrbanae sexcenta millia esse. Situm vero Mœnium aquilæ pandentis alas, agrum totius orientis fertilissimum. Inuicem ad hanc exhauriendam Ctesiphontem iuxta tertium ab ea lapidem in Calonitide condidere Parthi, quod nunc est caput regni. Et postquam nihil proficiebatur nuper Vologesus Rex Vologesocertā in vicino condidit. Certa Syris, & Carta vrbem significat. Ammianus vocat eam Vologessiam. Idem lib. 23. Ctesiphontem, inquit, Vardanes priscis temporibus instituit; Posteaque Pacorus auctam Græco indito nomine Persidis effecit summū specimen. In Mesopotamia est Apamea, cui nomen matris suæ Antiochus impo-
suit, auctore Plin. c. 27. l. 6. Ammian. Apameam dici, & Mesenen scribit. In-
fra Apameam est Susiane, in qua vetus regia Persarum Susa, à Dario Histaspis

filio condita. Susianem ab Elymaide
disterminat amnis Eulæus, ortus in
Medis. Circuit autem Susorum, ac
Dianæ templum augustissimum illis
gentibus, & ipse in magna cerimo-
nia. Si quidem Reges non ex alio bi-
bunt, & ob id in longinqua portant,
ut Plin. Strabo, & Stephanus. eam vr-
bem non à Dario conditam volunt,
sed à Tithono Memnonis patre, vnde
vrbs Memnonia dicta Herod. l. 5. &
arx, Memnoniū ut Strabo lib. 15. Eius
vrbis ambitus est. 120. stadiorū, figura
oblonga. Ælian. lib. 13. de Animal. c.
18. Memnonia. τὰ μεμνώνεια, Susa vocat,
quæ vox facta δυο' ῥηψ κείων, id est à
lilijs, quorum est in ea regione ingens
copia, ait Stephanus lib. de Vrbib.
Herodot. l. 5. vult Susa condita ad
Choaspen, & ibi thesauros regios esse.
Ælian. l. 1. de Animal. c. 59. Susa vr-
bem à Dario restitutā, & magnificen-
tius extructam quam antea comme-

morat. Quare & Pliuius à Dario conditam scribit. Zonaras tom. 1. Susa Metropolis Persarum, ἡ ἐκεῖ τῆς βασιλεῖας τὰ βασίλεια. id est regia regū. Vbal dicitur porta eius vrbis, vnde & lib. Daniel. ἦν ὁ κριός ὅπις τῆς ἀβάλης. Hienonymus asserit, à Daniele eam turim extrectā. In ea vrbe leges omnes à Cyro latæ in ærea columna incisæ, narrante Polyæno lib. 4. Cassiodorus lib. 7. Epist. de Memnonio loquitur in hæc verba. Cyri Medorum Regis domum, quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit. Stephanus Susa μέμνομος κτίσμα ὀνοδομήσαντος ὅπις τῆς ἀκρας τὰ ἐν σύσσις βασίλεια, ἡ οἰκίαντα μεχεῖ τῆς περοῦν ἡγεμονίας. πληθεῖται δὲ αὖτε ἐκεῖνη μεμνόνεια. Susa opus Memnonis qui regiam in arce struxit quæ usque ad imperium Persarum perennauit, Memnone adicta. Hieronym. ad c. 8. Daniel. Susa Metropolis est in regione Elamitarum in qua Daniel turrem ex-

struxit quadro marmore, cuius ho-
diéque pulchritudo integra est. In ea
regum reliquiæ conduntur. Ædituus
loci, seu Sacerdos Iudæus est. Niniue,
seu Ninus in Aturia fuit à Nino con-
dita. Η φαρίσην δε τὸν αὐτοῦ μὲν τὴν τῆραν σύρει
κατάλυσιν. Delata est itatim Syris deletis.
In Septemtrionali tigris alueo op-
dum est Barbytace, quod à Susis abest
centum triginta quinque millia pas-
suum, in quo mortales vniuersi odio
auri coemunt hoc genus metalli, &
abijciunt in terrarum profunda, ne
polluti vsu eius auaritia corrumpant
æquitatem, ait Solin. c. 68. Plin. c. 27.
Antiochia est in tractu Arbeliti, vbi
Darium Alexander debellauit. Dici-
tus & Nisibis Plinio c. 13. l. 6. quam
varijs oppugnationibus modo ad Per-
sas, modo ad Romanos traductam esse
auctor est Ammian. Nisibin Macedo-
nes condiderunt, vocaruntque Antio-
cheam & Mygdoniam, ait Ioseph. lib.

20. origin. Artabanus dedit Isati regi Adiabenorum, χώραν πολλὴν ἀγαθὴν τῷ
τῷ ἀριδαῖων, νίσιβις δὲ έστι ὄνομα τῇ γῇ, Εἰ δὲ
ἀυτῇ περιπέρην μακέδονες ἐκπίσαντο πόλιν αὐτο-
χίαν, ἢν μηδονίαν περιπέρησαν. Id est,
Regionem amplam fertilem quam Ar-
meniorum regno ademerat. Ea regio
dicitur Nisibis in qua prius Mace-
dones condiderunt urbem Antio-
cheam, quam dixerunt Mygdoniam.
Plin. tamen c. 13. l. 6. Adiabene Assy-
riorum est initium, cuius pars est Ar-
belitis, vbi Darium Alexander de-
bellauit, proxima Syriæ. Totam eam
Macedones Mygdoniam appellarunt.
Opida Alexandria, item Antiochea,
quam Nisibin vocant. Iam olim in
Regno Persarum variæ fuere arces
cum præsidijs, ut Xenoph. l. 8. instit.
Cyri. Ω'ς δὲ τότε κύρες κατεπίσατο, οἵτοις ἐπ
καὶ τὸν βασιλέως εἶσι αἱ ἐν ταῖς ἀκραις φυλακαὶ,
καὶ οἱ χλίαρχοι τῷ φυλακῶν ἐπι βασιλέως εἴσι
κατεπικότες, καὶ πέδη βασιλεῖ Δημητραμένοι.

Quemadmodum autem id temporis
Cyrus constituit, ita & nunc in arcibus
sunt custodiæ, & tribuni custo-
diarum à rege constituti, & apud eum
descripti. Idem in Oeconomico φρεσφ-
χεις τῷ ἀκέρῳ vocat, arcium custodes
quibus mandatum τὰ τέλη διεστόζειν,
ut muros tuerentur. Diaconus l. 18.
plura palatia Persarum recentiora
commemorat. Palatium Deibal, vbi
Chosroes Hippodromum ædificaue-
rat, palatium Damastager, palatium
Bechal, quo loco altiles in vna ex por-
ticibus aues trecentas Heraclius repe-
rit, & in alia capreas faginatas quin-
gentas, in alia onagros adipatos cen-
tum. Palatium Deleridan, palatium
Rusan vbi burdones, & elephantes, in
palatio Damastager reperta sunt trice-
na vexilla Romanis erepta, quæ omnia
Heraclius Persidem septem annis ferro
flammâque peruagatus Constantino-
polim reportauit. Palatium Baldarach.

Fuit item non procul Babylone murus excelsus Mediæ dictus , structus opere lateritio , & bitumine, latus 20. pedes, altus 100. longus 20. parasangas , qui describitur à Xenoph. lib. 2. Instit. Cyri. Α' φίνοντο ωρές τὸ μηδίας πεῖχος , ἡ παρῆλθον ἀπὸ εἰσῶ ἦν δὲ ὥκοδοι μημένον πλίνθοις ὄπταις ἐν ἀσφάλτῳ πειμέναις οἵρες εἴησι ποδῶν· ὃς δ' ἔησεν. Μῆκος δὲ ἐλέγετο εἴησι εἴησι ωδίασι γγῶν. Α' πεῖχε δὲ βαβυλῶνος 8 πολύ. Mesopotamia tota Assyriorum fuit vicatim dispersa præter Babylonam, & Ninum ait Plin. cap. 26. l. 6. Macedones eam in vrbes congregauere propter vbertatem soli. In vicinia Euphratis est Nicephorion , quod Alexander iussit condi propter loci opportuniratem. Dicta est in Zeugmate Apamea , ex quo orientem petentes excipit oppidum apprime munitum quondam stadiorum 65. amplitudine, & satraparum regia appellatum , quo tributa conferebantur. Oruros impe-

rij Romani terminus, ductu Pompeij Magni. Sunt qui tradant Euphratem Chobaris præfecti opere diductum vbi finditur, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret, ab Assyrijs verò vniuersis appellatum ormalchæ, quod significat regium flumen, quo loco legendum est Nearmalca. Near enim fluuius, Melec Rex, Malca regius. Chaborram fluuium Ezechiel vocat Chobar. Strab. & Ptolomæus Chaborram à fluuio regio distingunt, cui nomen hoc inditum est, quia Εὐφράτης Euphratis diducta est à Chobare præfecto iussu Nabuchodonosoris regis Babylonij. Ammian. lib. 23. Marsyas, & flumen regium Euphrates. (ita lege) idem de Assyria loquitur in hæc verba. Citra Persidem & Mediam nobilis est Assyria, celebritate, & magnitudine, & multiformi feracitate ditissima, quæ per populos, pagosque amplos diffusa quondam, & copiosa ad vnum

concessit vocabulum, & nunc omnis appellatur Assyria, vbi inter baccarū, vulgariūmque abundantiam frugum bitumen nascitur prope lacum nomine Sosingitem, cuius alueo tigris voratus, fluensque subterraneus percursis spatijs longis emergit. Hic & Naptha gignitur picea specie glutinosa, similis ipsa quoque bitumini, cui etiam si auicula infederit, præpedito volatu submersa penitus euaneat. Et cum hoc liquoris ardere cœperit genus, nullum inueniet humana mens præter puluerem extinguendi commentum. In his pagis hiatus quoque conspicitur terræ, vnde halitus lætalis exsurgens quodcunque animal proxime steterit odore graui consumit. Quæ lues oriēs à profundo quodam puteo, cum os eius excesserit latum, antequam sublimius vagaretur, terras circum sitas inhabitabiles acerbitate fecisset. Cuius simile foramen apud

Hierapolin Phrygiæ antehac, vt adserunt aliqui, videbatur, vnde emergens itidem noxius spiritus perseveranti odore quicquid prope venerat corum pebat, absque spadonibus solis. Apud Asbamei quoque Iouis templum in Cappadocia, vbi amplissimus ille Philosophus Apollonius traditur natus, apud oppidum Tyana, stagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum inflatus, sesequre resorbens, nunquam extra margines intumescit, ait Ammian. l. 23. iuxta hunc circuitum Adiabena est, Assyria eo dicta, quod inter Oenam & Tigrin sita nauigeros fluuios, adiri vado nunquam potuit. Compertum autem est in his terris amnes esse duos perpetuos, Diabantem & Adiabantem iunctos naualibus pontibus, vnde Adiabena dicta est. in hoc Ninus est ciuitas, quæ olim Persidis regna possederat, nomen Nini quondam potentissimi regis Semira-

midis viri declarans. Amnes has re-
giones prætereunt multi, quorum ma-
ximi sunt, Choaspes, & Gyndes, &
Amandus, & Charinda, & Cambyses,
& Cyrus, cui magno & spatio so Cyrus
ille superior rex amabilis abolito ve-
tere, id vocabulum dedit, cum in Scy-
thiam pergeret, quod & fortis esset, ut
ipse ferebatur (dele ex Ammiano esset)
& vias sibi, ut ille impetu ingenti mo-
litus in Caspium dilabitur mare. De
hoc fluvio aquam manu comprehen-
sam Artaxerxi cum rusticus forte oc-
curens, nec munus aliud in numerato
habens obtulisset, respondit Rex,
Δέχομαι οὐδέως ἀνθερπέτο δῶρον καὶ πυῶγε αὐτὸ
νόμη παντὸς πολυτελῶν, καὶ ισοσάσιον ἐκείνοις λέγω,
πεφτον μὴ ὅποι δωρέσθι τὸ πάντοι δεισιδον, δύνα-
ται δέ ὅποι κύριον δύνασθαι εἰσαγγελέεται, ait Elia-
nus s. c. 32. variar. id est, accipio iu-
cunde munus hoc, ô homo, & in pre-
tiosissimis numero, & illis æquale ac
par esse dico, primum quoniam aqua

est rerum omnium optima , deinde quoniam Cyri nomen præ se fert. Cæteras regiones ditionis Parthicæ Persicæque requirito ex lib. 23. Ammiani.lib.5. & 10.Polyb.

DE BABYLONE.

CAP. III.

 E Babylone seorsim ab alijs agendum est , ob vrbis amplitudinem,& authorum in eius descriptione dissonantiam. Babylonem conditam esse putat Methodius Pataræ Episcopus. 2890.anno ab orbe cōdito, strenuūmque illum venatorem,Nembroth,eius operis authorem laudat , quem filij Chami sibi regem , & post eum Pompium quedā præfecerint. sic enim ille, τῷ δὲ ὀντανοσίῳ ἔτει τῆς τεύπις χλιετέρος καὶ ἐννεάκοσῳ ἐπίτηδι ἡβαβυλῶν οὐ μεγαληπτοῖς

εβασίλευσεν ἐν ἀντίᾳ Νεμβερῷ, καὶ μᾶς τοτε
ἐποίησεν διάνοιαν βασιλέα ἐντός, ἢ τὸ ὄνομα
Πόμπιον (legendum, * μᾶς τετον), id est post
eum fecerunt sibi Regem filij Chami,
cuius nomen erat Pompius. Imper-
riūmque Babyloniorum ab hoc vena-
tore ductum cæteris omnibus diutur-
nius fuisse commemorat, cum per 4.
annorum millia floruerit. ἢ χίλια ἔτη
εβασίλευσεν δι εβραιοῖς οὐ Κένοππι ἀντός οὐ βασι-
λεῖα. αὐγύπτιοι πεντίκοτε. (lego πεντάκοτα)
οὐ δὲ βαβυλώνιοι πετεχικήλια εβασίλευσεν ἔτη.
Quare in lib. Danelis per caput aureū
ingentis illius statuꝝ designatur. An
autem peccet Methodius in numero
annorum operę non est iam inquirere.
Imperij huius caput Babylon, primum
merito suo mundi miraculum, in quo
stupens Antipater exclamat.

Τίς τὸ δὲ μακριόντος ἀπανθρακίστηκόντω,
Λαΐνον ἀσυέινες χῶμα σεμιεάμιος,
Η' ποῖοι χθονὸς ὕπεις ἀνυψώσαντο γίγαντες,
Κεί μενον ἐπεπόρειν, ἄγχος τι πλινθόδων
Αὐλινὲς ἀσυφέλικτοι, ἀνθωέος ἵσσον ἐείπησ.
Φύριθεν γάινες ἐνρυπίδοιο βάες.

Forte melius legeretur σφύρην,
malleo politum pondus. Id est, quis
aggerem illum lapideum Semiramidis
Cyclops vñculus extruxit, aut quales
gigantes terræ filij extulerunt in altū,
prope accendentem ad 7. pleiades ag-
gerem qui nequit inclinari, aut quassla-
ri, æqualem cacumini montis Atho,
latæ terræ pondus subactum ac mace-
ratum. Inquiramus autem an in huius
operis authore scriptores consentiant.
Diximus enim Nembrotho tribui à
Methodio, cum quo sentit Orosius
lib. 2. c. 7. Babylonem enim à Nem-
brotho gigante fundatam, à Nino &
Semiramide restitutam multi prodi-
dere. Hæc camporum apertis æquori-
bus vndique conspicua est, mœnibus
quadratis facie castrorum. Prima post
restaurationem humani generis con-
dita est. Georgius Monachus, ὁ νευρεψθ
κόσας τὴν Βαβυλῶνα πόλιν. Nembroth qui
condidit Babylonem. Quidam Belo

tribuunt, quem eundem cum Nembrotho puto, alij Semiramidi, de quibus hæc apud Xenophontem in æquiuocis (si tamen eius libri auctor est) repperries. Semiramis ita in columnæ Nini excidit. Mihi pater Iupiter Belus, auus Saturnus Babylonius, proauus Cur Saturnus Æthiops, abauus Saturnus Ægyptius, atauus cœlus Phœnix Ogyges. Ab Ogyge ad meum auum sol orbem suum circum lustrauit semel, ac tricies, & centies, ab auo ad patrem sexies & quinquies, à patre ad me bis, & sexagies. Columnam, templum, statuam Ioui Belo socero, & matri Rheæ in hoc olympo Semiramis dicaui. Ex ijs igitur qui Babylonis conditorem nominant, Eusebius lib. 9. præpatat. Belum ponit, & in Abydena historia hæc de Babylone se reperisse indicat. Dicitur locus hic vbi Babylon extructa est per initia tectus aqua fuisse, quod mare diceretur. (Sic

enim quævis aquarum confluges vocatur.) Belum autem illam aquarum exundantiā, quam ab Euphrate factam proprius vero est, cohibuisse, suas cuique regiones descripsisse, Babylonémque muro amplexum, qui temporis lapsu conciderit. Iterum autem Nabuchodonosorem mœnia suscitasse, quæ ad Macedonum imperium constiterint, cum æreis portis obstructa essent. Verba græca sic habent. λέγεται δὲ πάντα μὲν ἄρχης ὕδωρ εἰναὶ θάλασσαν καλεομένην. Βῆλον δὲ σφέα παῖσι, (lego τὰς παῖσι, aut quia plura verba deesse videntur forte legendum sit, Βῆλον δὲ τὰς ἀπ' ἐυφεύγεταις ἔοιν δημοφεύξει, nam & verba quæ sequuntur eo nos ducunt) χώρη ἐκάστω δημοτίμαντα, καὶ βαθυλῶνα Τείχει πενιθαλεῖν, τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἵκινενώ αἴφανιδηναγ. τείχισαν δ' αὐθις ναβυχοδούρος εγεν τὸ τείχος μεχεὶ τῆς μακεδόνων ἄρχης διαμεῖνας ἐν χαλκόπιλοι. Cæteri penè omnes Semiramidis opus hoc esse volunt. Propert. l. 3. E. 8. Curtius lib 5. Semiramis eam urbem condidit, vel ut ple-

rīque credidere Belus. Auienus

— — — Babylon producitur arce
*Procerā in nubes, hanc prisca Semiramis urbem
 Vallavit muris, quos non absumere flammæ,
 Non aries penetrare queat.*

Ad eam urbem condendam Semiramis
αἰδεῖν μυελάδας διανοίας συνήγαγεν, id est,
 operarū vicies centena millia coëgit,
 narrante Diodor. l. 2. Herodotus non
 à Seramide conditam urbem, sed orna-
 tam modo, & munitam, sicut & à Nit-
 cri monet l. 1. Τῆς δὲ βαθυλῶνος τάυτης
 πολλοὶ μὲν πόληι ἄλλοι ἐγένοντο βασιλεῖς, οἱ τὰ τεί-
 χά τε ἐπεκόσιπταν καὶ τὰ ιερά, οἱ δὲ δὴ καὶ γυναι-
 κες δύο, ἡμέρῃς τετέφεντο γενομένην, τῇ δὲ οὐρανῷ ἦν Σε-
 μίραμις. Πόλες δὲ δύο τε φεντο γενομένην τάυτης βασί-
 λεια τῇ οὐρανῷ ἦν πίπονεις. Philostratus l. 1.
 Apollonij Medeę opus hoc, & pontem
 orbis miraculum ascribit. Magna pars
 Nabuchodonosori. Euseb. l. 9. de præ-
 par. ex Abydena historia hæc affert.
 Εὗται οὖν ταβεκοδούσσεος τὴν μέλλουσαν ὑμῖν
 καθίστηκεν ουμφαρίν, τὴν εὔτε βῆλπες ἐμὲς ταχ-
 ρονος, εὔτε βασίλεια βῆλπες ἀποτρέψαμεν μοίες

πεῖσαν ἀδειάσοι. Quæ sit illa regina Beltis
amplius videndū , nisi fortè Beli vxor,
aut filia, quasi βηλίτης. Berosus si non vr-
bem à Nabuchodonosore conditam,
certè ornatā egregiè , & auctam indi-
cat apud Ioseph. l.i. de antiq. Iudeor.
Compositis Ægypti rebus, oppressisq;
Tyrannis Nabuchodonosor manubijs
& spolijs Beli templum exornans , &
antiquam vrbem, aliámque extra eam
animi causa adijciens , cogénsque se-
dulo omnes in opus , ne deinceps qui
ciuitatem obsiderent fluum in vr-
bem conuertere possent, Tres intra
ciuitatem murorum ambitus superad-
didit , tres autem alios extrinsecus
adiunxit , illos quidem latere coctili,
& asphalto , alios ijsdem lateribus,
murusque ciuitatem magnifice cin-
gens , & portas rebus omnibus in-
struens , parti regiæ regiam aliam ad-
iecit , quæ opere, cultuque nobilior
esset. Quæ cum mirum in modum ad

magnificentiam facta essent, quinque diebus absoluta sunt. In opere autem illo singulari ascensus lapideos altos exaedificans, & faciem montium exprimens, omne genus arboribus locum consitum summa varietate distinxit, & pensilem hortum instruxit. Sed verba Græca sub obscura sunt, ea ponemus. Loquitur de Nabuchodono-re qui templum Hierosolymitarum incendit. Αὐτὸς δὲ ἐποίησεν πολέμου λαφύρῳ, τότε βῆλος οὐερῷ, καὶ τὰ λοιπὰ ποσμήσας φιλοπί-μως, τὴν ὑπάρχοσαν ἔξι ἀρχῆς πόλιν, καὶ ἐπεργα-
ζόμενον περιχαρεσίαμενος, καὶ αἰαχησάσας, περὶ τὸ μηνέπιον δύναδες τὰς πολιορκεύσας τὸν πόλεμον αὐταρέφοντας ἐποίησεν πόλιν κατασκευάζειν, (post vocem αἰαχησάσας aliquid deside-
rarividetur. Legendum auguror αἰαχησάσας πάντας ἐργάζεσθαι) de Nabuchodono-
fore res erit testatior si sacrarum litterarū authoritas incomparabilis acce-
dat. Sic igitur lib. Daniel. scriptum.
Οὐκ ἀντίθετο βαβυλὼν ἡ μεγάλη, οὐτε ἡ γεώποντος εἰς οἴκον βασιλείας ἢ τῷ κείτει τῆς ιχνος

με. Sed locum illum Berosi apud Iosephum lib. i. Antiq. corruptum esse vel ex eo agnosces, quod c. II. l. 10. Α' ρχαιολ.
 Hæc verba Berosi sic efferuntur, πάντα
 ἵπαρχυσαν ὅπερ ἀρχῆς πόλιν Καπέρα γενοσάμνος καὶ
 αἰαγκάσας, restituo ut supra, legoque
 καὶ ἐπέρειν ὅπεραδεν περισχαεισάμνος, Καίαγ-
 κάσας πάντας ἐργάζεται. Omnino negat
 Berosus conditam à Semiramide Ba-
 bylonem, aut illa operum miracula
 quæ in ea ciuitate erant. Sic enim ait
 Iosephus εἰ νῦν μέν φεταὶ τοῖς Ἑλληνοῖς συ-
 γέραφθοι, ὡς μάτιν διομδοῖς τῶσ' σεμιράμιδος
 τῆς αἰαγκαίας κτισθῆναι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ
 διαυμάσια κατασκευασθῆναι τῷ ἀντὶ τὸν ὑπὲρ
 τῆς ἔργα τέλεως γεγενέσθαι. Ipse etiam Geor-
 gius Monachus, qui supra Belum Ba-
 bylonis conditorem fecit, alio loco
 Nabuchodonosoris opus illud esse
 vult, qui lapidibus scalptis, ac politis,
 tres cubitos latis, longis sex cubitos,
 ambitum eius stadiorū 40. fecit (error
 est in historia Georgij) quæ millaria sex
 & mediū explent. Altitudo mœnium

cubitorum 60. latitudo 30. portas æreas posuit 20. cubitos altas. Propter urbem fodit cisternam, & exædificauit, murisque cinxit magnificentissime, cuius ambitus esset stadiorum 40. Excitauit etiam molitiones lapideas altissimas, in ijsque arborum omne genus instituit, quæ fructus darent, & densissimos montes imitarentur. Sed quia liber nondum exiit in lucem, verba non pigebit ascribere. O Ναβυχεῖονόσσερες πόλιν μεγίστην εἰς Βαθυλῶνα κτίσας ἔξι ὅπτης πλάντα, Κλίθων λελαξόμηνον ἔχονταν ἀνὰ πηχῶν γύρω τὸ πλάντον, Κτὸ μῆκος ἀνὰ πηχῶν ἔξι, τὸ μὴν ωδίμετρον ἀντῆς ἐποίησε σάδιων μηδινόμηνα μίλια ἔξι ἡμέραιν. Τὸ δὲ ὑψος τῷ τείχει πηχῶν πέντε, Κτὸ πλάντος ἀνὰ πηχῶν ἕξ, καὶ ἐποίησε τὰς πύλας ἀντῆς χαλκᾶς, καὶ σιγειρεγίνας εἰς ὑψος ἀνὰ πηχῶν καὶ πλησίον τῆς πόλεως ὄρυξε πιεργαναὶ καὶ ὠκοδόμησε, καὶ ωδίμετρον ἀντῆς ἀξιολόγως τὸ ωδίμετρον ἀντῆς ἔχονταν σάδια μ.

Hæc ille de altitudine murorum, & latitudine, quæ malim ex Herodoto, vel Q. Curtio discere, quod propius

ad verum scripserint, & si non planè
in descriptione vrbis consentiunt. Ari-
stæus apud Euseb. l. 10. præparat. ali-
quot annis post Nabuchodonosorem
sub ipsam Cyri Persarum regis ætatem
à Nabonide quodam, qui dominatum
occupauerat interemptis imperij he-
redibus , quique à Cyro debellatus
est, mœnia illa ingentia quæ propter
fluum fuerunt , exstructa testatur.
Sic enim ait. οὐ παβονιδος τὰ τελείων τῆς Βαβυλωνίων πόλεως δέ ὁ πτήσις πλίνθε
καὶ ἀσφάλθεις κατεκοσμήθη. Putem Nabon-
nidem istū esse Baltazarem qui victus
est à Cyro. Iam ergo cum authorem
vrbis habuerimus, eam in sua membra
cōmodè, si fieri potest ex veteri histo-
ria describamus. Qua in re Curtij in
primis elegantia , diligentiaque mihi
probatur, cuius verba hic apponam ex
lib. 5. vt sub vnum quasi aspectum, tota
vrbis poni possit. Ipsius vrbis, inquit,
pulchritudo , ac venustas non regis

modo, sed etiam omnium oculos in
semet haud immerito conuertit. Semi-
ramis eam condiderat, vel, ut plerique
credidere, Belus, cuius regia ostendit-
ur. Murus instructus laterculo coctili,
bitumine interlitus, spatiū 30. & duo-
rum pedum latitudinem amplectitur.
Quadrigæ inter se occurrentes sine
periculo cōmeare dicuntur. Altitudo
muri centum cubitorū eminet spatio.
Turres denis pedibus quam muri
altiores sunt. Operis ambitus 365.
stadia complectitur. Singulorum sta-
diorum structuram singulis diebus
perfectam esse, memoriæ proditum est.
Ædificia non sunt admota muris, sed
ferè spatium vnius iugeri absunt, ac ne
totam quidem vrbē tectis occupauen-
runt. Per 90. stadia habitatur, nec
omnia contigua sunt. Credo quia tu-
tius visum est pluribus locis spargi,
cætera serunt, coluntque, ut si externa
vis ingruat, obseßsis alimenta ex ipsius
vrbis solo subministrent. Euphrates

interfluit, magnæque molis crepidini-
bus coercetur. Sed omnium operum
magnitudinem circumueniunt cauer-
næ ingentes in altitudinem pressæ ad
acciendum impetum fluminis, quod
vbi appositæ crepidinis fastigium ex-
cessit, vrbis tecta corriperet, nisi essent
specus lacusq; qui exciperent. Coctili
laterculo structi sunt, totum opus bitu-
mine astringitur. Pōs lapideus flumini
impositus iungit vrbem. Hic quoque
inter mirabilia Orientis opera nume-
ratus est. Quippe Euphrates altum
limum vehit, quo penitus ad funda-
menta jacienda egesto, vix sufficiendo
operi firmum reperiunt solum. Arenæ
autem subinde cumulatæ, & saxis qui-
bus pons sustinetur annexæ morantur
amnem, qui retentus acrius quam si
libero cursu mearet illiditur. Arcem
quoque ambitu 20. stadia complexam
habent, 30. pedes in terram turrium
fundamenta demissa sunt, ad 80. sum-

mum munimenti fastigium peruenit.
Super arce vulgatum Græcorum fabu-
lis miraculū pensiles horti sunt, sum-
mam murorum altitudinem æquantes,
multarūmque arborum umbra & pro-
ceritate amœni, saxo pilæ quæ totum
onus sustinent instructæ sunt. Super
pilas lapide quadrato solum stratum
est, patiens terræ quam altam injiciūt,
& humoris quo rigant terras, adeoque
validas arbores sustinent moles, ut
stipites earum octo cubitorū spatium
ctassitudine æquent, in 50. pedum alti-
tudinem emineant, & frugiferæ sint,
ut si sua terra alerentur. Et cū vetustas
non opera solum manu facta, sed etiam
eam ipsam naturam paulatim exeden-
do perimat, hæc moles quæ tot arborū
radicibus premitur, tantique nemoris
pondere onerata est inuiolata durat.
Quippe 20. cubitos lati parietes susti-
nēt vndeциm pedū interuallo distantes,
ut procul visentibus syluz montibus

suis imminere videantur. Syriæ regem
Babyloniam regnante hoc opus esse
molitum memoriæ proditū est, amore
coniugis vietū, quæ desiderio nemo-
rum, siluarūmq; in campestribus locis
virum compulit amœnitatem naturæ
genere huius operis imitari. Sed ut via
& ordine ingrediamur, singulaque in
quibus auctores consentiunt, aut dis-
sentientiunt annotemus, verba Q. Curtij
vestigijs subsequemur, & quod pri-
mum posuerit, illud primo expende-
mus. Murum ait instructum laterculo,
interlitum bitumine. Martialis lib. 9.

*Nec latere cocto quo Semiramis longam
Babylona cinxit.*

Propertius vocat coctū aggerē l.3.E.8
Persarū statuit Babylonam Semiramis urbē,
Vt solidum cocto tolleret aggere opus.

Eo respexit Aristoph. in auibus. οὐτει-
χείζειν μεγάλαις πλίνθοις ὄπεις, ὥσπερ Βαβυ-
λῶνα. id est, magnis lateribus coctis vr-
bem circum vallare, vt Babylonem.

Bitumine iunctos esse muros indicat præter alios Theocritius idil. 17.
ὅπη πλάτη τεῖχος ἀσφάλτῳ δύσασα σεμίερμις
ἴνθασίλδων. Deinde Curtius muros ait latos fuisse 30. & duos pedes, altos centum cubitos. Turrem decem pedibus muris altiores. Brisonius legendū putat. 10. cubitis, & vero similius est. Vrbis ambitum 368. stadia complecti. Quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeant. Hoc postremum sic à Propert. dicitur l. 3. E. 8.

Et duo in aduersum misit per moenia currus.

Diodorus Sicul. l. 2. sex curribus iter patuisse, ait, non in lineam, sed in latum currentibus. Altitudinem autem turriam ad 365. pedes excreuisse, muros altos 50. vlnas, & ut alij dicunt 50. cubitos. Πλάτης εἶναι τῷ τεῖχῳ ἐξ ἄρματον ποτάμιον, τὸ δὲ ὑψός τελακοσίων ἔξηκονται καὶ πέντε
σαδίων ἐν τοῖς πύργοις. Manifestus hic error est. Legendū puto, τὸ δὲ ὑψός τελακοσίων
ἴξηκονται καὶ πέντε ποδῶν ἐν τοῖς πύργοις. τεῖχον

Ἴψος πεντίκοιτα ὄργυιῶν, ὡς δὲ ἔνοι πυχῶν πεντή-
κοντα, τὸ δὲ πλάτος πλεῖον ἢ δυσὶν ἀρμάσιν ἴπωά-
σμον. quæ tamen verba ab eius supe-
rioribus verbis discedunt. Plinius au-
tem l. 6. c. 26. Babylonē ait sexaginta
millia passuum amplexam muris, du-
cenos pedes altis, quinquagenos latis,
in singulos pedes ternis digitis men-
sura ampliore quam nostra. Vide an in
illo loco Diodori corrupto legendū sit.

Τὸ δὲ μῆκος ἐξηκοντα πέντε σταδίων εὐ τοῖς πύργοις
καὶ τείχεσι. Nam postea ait, Semiramis
operarū vicies centena millia coëgit,
& Euphratēm fluuium in medium in-
tercipiens καὶ εβάλετε πεῖχος τῇ πόλει στα-
δίῳ τετρακοσίων ἐξηκοντα. Vrbem muro cō-
plexus est qui in trecenta & sexaginta
stadia porrigeretur. Strabo l. 16. Ba-
bylon κύπελον ἔχει τῷ τείχει τετρακοσίων ὄγ-
δοντα πέντε σταδίων. Πάχος δὲ τῷ τείχει
ποδῶν δύο, καὶ τετρακοσίων. Ἴψος δὲ τῷ μὴ
μεσοπυργίων πέχεις πεντήκοντα, τῷ δὲ πύργων
ἐξηκοντα. Id est, Babylonis ambitus
muro

morum patet in 385. stadia. Latitudo muri duorum est pedum, & quadringtonitorum, altitudo muri interiecti inter tresses cubitorum est 50. turrium ipsarum sexaginta. Herodotus lib. 1. Babylonem, inquit, hinc inde fossa ambit altissima, latissimāq; aqua plena. Tum murus 50. cubitos regios crassus, ducentos altus. Est autem regius cubitus eo quo utimur tribus digitis maior. Vrbis ambitus 480. stadiorum est. Hieron. in cap. 14. Esaiæ, ait ex Herodoto, Babylonem per quadrum sitam ab angulo usque ad angulum muri 16. millia tenuisse passuum, id est, simul per circuitum 480. stadia. Hyginus 300 stadia ponit. Babylonis ea fuit amplitudo, ut natio potius quam vrbis esse videretur, quæ per vim capta cum esset, tertio post die quædam in vrbē partes fuere quæ calamitatis illius adhuc ignaræ essent. Arist. 3. polit. cap. 3. Βαβυλὼν ἔχει πε-

Q

γε αφίν μᾶλλον ἔθνυς ἡ πόλεως, οἵς γε φασὶν ἑα-
λωκύιας τείτην ἡμέραν ἐκ αἰδηῖδαι παίεσθαις
πόλεως. Gregor. Turon. lib. 1. histor.
ex Orosio describit Babylonem, ubi
mendum restituto, cum ait, murus
eius ex coctili latere infuso bitumine
in latum habet cubitos 50. altitudinis
cubitos 200. in circuitu stadia qua-
draginta 70. lege quadringenta 70.
addit unum stadium habere aripennes
quinque. Aripennis vulgo dicitur
Arpan, quasi aruipendium. Locum
Gregorij Monachi supra posuimus,
quem hic noluimus rescribere, qui
vult moenia alta esse cubitos 40. lata
cubitos 30. portas æreas 20. cubitos
altas. Ctesias apud Diodor. lib. 2.
muris tribuit stadia 360. Clitarchus
365. qui numerus fortè ponendus sit
in Curtio, cum paulo post dicat, sin-
gulorum stadiorum structuram singu-
lis diebus perfectam esse. Subiungit
Curtius, Euphrates interfluit, magnæ-

que molis crepidinibus coërcetur, & cauernis. Euphrates hic regium stu-
men appellatur, vt supra monuimus,
de quo Ambros. l. 1. de Paradiso cap. 3.
Euphrates Babylonem intersecat, di-
citurque Εὐφράτης Ἀριστερής, quod est
oblectari. Significat quoque fœcun-
ditatem & abundantiam fructuum.
Eius aqua vitalis asseritur, & quæ
foueat atque augeat. Vnde Auxem
eum Hebræi, & Assyriorum pruden-
tes dixerunt. Plin. l. 6. c. 26. Euphra-
tem, ait, interfluum esse Babylone,
quod opus mirabile sit. Diodor. l. 2.
Semiramis ex vtraque parte fluuij cre-
pidinem eximiam exstruxit, quæ la-
titudine cum mœnibus certaret, & in
stadia 160. duceretur. Hanc crepidi-
nem ad fluctus infringendos compa-
rauit. Ex Herodoto rem altius repe-
temus. Ut quidque, inquit, terræ in
deprimenda fossa efferebant, ex eo la-
tere ducebant, fornacib[us]que coque-

bant, postea luto vtentes bitumine
feruenti per tricesimum quémque la-
terum ordinem, capita arundinum
instipata coagmentabant, & primum
labra fossæ, deinde murum ipsum ad
eundem modum ædificarunt, supra
quem circa oras exstruxere domuncu-
las, vnius contignationis inter se ob-
uersas, inter quas tantum spatij relin-
quebatur ut quadrigua tramitti posset.
Eius per ambitum centum portæ sta-
bant, æreæ omnes, cum cardinibus
itidem, postib[us]que. Babylonis duæ
sunt plagæ, quas interfluit Euphrates
fluuius altus, & rapidus. In hunc
vterque murus brachia exporrigit
eiúsque incuruæ vtrinque ripæ, quos
Ancones vocant, coætilibus lateribus
pro maceria prætexuntur. Euseb. l. 9.
de præpar. auctor est Nabuchodono-
forem triplici murorum ambitu Baby-
lonem diebus quinque & decem com-
plexum, fluuium Armacalem eduxisse

extra urbem, quod Euphratis cornu fuit, item Acracanum fluuium. Verba sic habent Ναβυχόνοσος εἰς δὲ σχεδεῖάμενος τὴν ἀρχὴν, Βαβυλῶνα μὴ ἐπείχος τειπόθωντος ἐν πάντε καὶ δέκα ιμέρησι τὸντε ἀμφιγάλον ποταμὸν οἰκήσασθαι εὐταί νέας Εὐφράτεω, τὸν τε ἀκεράνταν. Nabuchodonosor enim veritus ne hostes si quando urbem ob-sedissent, fluuium Euphratem in moenia ex latere coctili immitterent, urbemque eluuione perderent, tres intra ipsam urbem muros, tres extra molitus est, quia lateritia ædificia nulla re facilius quam eluuione deiiciuntur. Sic enim Thucidides à Lacædemonijs urbem in Græcia quandam euersam ostendit, & Iosephus ait duas illas columnas ante diluum instructas, ut lateritia vim incendij, lapidea vim aquarum ferre posset. Berosus apud Ioseph. lib. I. antiquit. Καὶ αὐτούσιοις ὁ Ναβυχόνοσος πάντας ἐργάζεται τοις τὸ μητέρην θύνασθαι τὰς πολιορκεῖταις τὸν ποταμὸν αἰαστέφουσας διπλοὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν καρπεβάλετο

τρεῖς μὲν τῆς ἔιδον πόλεως θειβόλας, τρεῖς δὲ
τῆς ἔξω τάπων, τέσσερες μὲν δέξιοι πλίνθαι, καὶ
ἀσφαλται, τέσσερες δέξιοι ἀντῆς τῆς πλίνθαι, καὶ τε-
χίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τὰς πυλῶνας
κοσμήσας ἀξιοφρεπῶς θεοπατουδάκες τοῖς
πατεροῖς Βασιλέοις ἐπειρα Βασίλεια ἔχόρδηα
ἐπείνων, ὑπερειρηνά αὐάσημα, καὶ τὴν πολλὴν
πολυτέλειαν, σωτελέσης ἡμέραις δέκα πέντε.

Illud omnino in parte miraculi ha-
bendum, quod 15. diebus opera tan-
ta effecta sint. Euseb. lib. 10. præparat.
ait locum eum ubi Babylon exstructa
est initio tectum aqua fuisse, quam
Belus cohibuerit aggeribus factis.
Non aggeres modo adhibiti sunt ad
vim Euphratis arcendam, sed & fossæ
& cisternæ, & cryptæ, aliaque quibus
eius vis excipi, eludique posset. Stra-
bol. 16. Semiramidis ἦσι τὰ χώματα ἄδη
καλύπτοι Σεμιράμιδος, Κατέρημ, καὶ ἐρυμάτων κα-
πασιδαὶ, Κασείγηων τῷ δὲ ἀντοῖς καὶ ὁδρείων
Καλιμένων, Καταρύχων ἐνποταμοῖς Καλύμναις.
Sunt aggeres quos Semiramidis vo-
cant, & muri, & prognacula, & fistu-

lę in propugnaculis , & putei , &
 gradus & aluei in fluuijs ac paludi-
 bus. Hoc voluit Georgius Mona-
 chus cum dixit. Πλησίον δὲ τῆς πόλεως
 ὅρυξε κίτεραν , Καὶ ὡκοδόμησε , καὶ ἀνεγέ-
 χει τὸν ὄ Ναβυχροδούσσεος ἀξιολόγως τὸ
 θεῖμενον ἀντὶς ἔχεσσαν σάρξ μ. Herodo-
 tus l. i. de aggeribus istis consulatur.
 Id causæ fuit cur magna vrbis pars,
 Curtio teste ædificijs careret , & turri-
 bus, quod paludes natura locum mu-
 nitum facerent. Sic enim ille , οὐ πολὺν
 γὰρ τόπον τῆς πόλεως ἔλεσι ἀνεγερθῆνε , κατὰ
 τέτον τὸν τόπον γὰρ ἔθετεν ἀντὴν πύργους ὀικοδο-
 μεῖν τῆς φύσεως τῷ ἐλῶν ἴκανην παρεχομένης
 ὀχυρότητα. Αὐτάμεον δὲ τῷ ὀικιῶν , καὶ τῷ
 τειχῷ ὁδὸς πάντῃ καταλέγεται δίπλεθες.
 Cum multis locis vrbis paludibus am-
 biretur , in eo loco turres exstruere
 noluit cum natura paludum satis vr-
 bem muniret. Inter ædifica , autem
 & muros quacunque via duorum iu-
 gerum intercepta erat. Euphratem
 illum ingentem qui vrbem interflue-

bat, eámque inexpugnabilem reddebat Cyrus aliquanto post in varios alueos scidit, vrbémque yi cœpit, quam vel manu hominum extrui potuisse, vel destrui supra fidem est. Cyrus idem cum vnum è regijs equis candore formáque præcellenti, cum equite fluuium traijcentem, qua per rapacem alueum offensi vada vorticis attollebantur abreptum vidisset, amnem vlcisci statuit adiurans eum fœminis ipsis tranabilem futurum. Quam in rem vniuerso exercitu totum amnem occupato, Gyndem fluuium per magnas cōcīsum, deductūmque fossas in 460. alueos comminuit. Oros. l. 2. c. 7. & Herodotus l. 1. Sed extra oleas currimus, ad institutum redeamus. Curtius addit, pontem lapideum fluminī impositum iungere vrbem. Quadere Diodor. l. 2. Αὐτὴν δὲ καὶ τὸ σενόταπον μέρος τῆς πόλεως ἡφύεσσι σαδίων πέρητε τὸ εῦκος κατεπιδέσσασεν εἰς βυθὸν φιλοτέχνως κατέπι-

ουσα τὰς κιόνας. Οἱ δὲ εἰσήνεσαν ἀπὸ ἀλλήλων
 πόδας θάβεντα. Id est, Semiramis autem
 ubi fluuius angustissimus erat pontem
 fecit stadia quinque longum, in altum
 artificiose columnas defigens & quasi
 consuens quæ à se inuicem pedibus 12.
 aberant, lapides autem simul astrictos
 ferreis repagulis ac vinculis (lege
 τρόπου) amplexa est, eorumque com-
 missiones, ac iuncturas plumbo infu-
 so repleuit: columnas angulis ante
 latera impetum aquæ excipientia com-
 muniuit præcinctiōnēm habentibus,
 vnde in urbem aqua circumquaque,
 diffueret, quæ præcinctio colligare-
 tur paulatim donec columnam quam
 lata erat totam ambiret. Sic enim hæc
 verba reddimus. Τοῖς δὲ κίονις γωνίας αερ-
 καπτονόμαστεν ἔχόστας τὴν δύπορεψην θειφερῆ, καὶ
 συνδεδεμένην κατ’ ὅλιγον, ἐώς τὴν κατὰ τὸν κιόνα
 πλάτυν. Pons hic cedrinis trabibus, &
 cupressinis, palmarūmque truncis &
 ramis ingentibus obiectus erat, cum

30. pedes latus esset, eiūsque magnificētia cetera Semiramidis opera obrueret, ait idem. Philostrat. l. i. Apollonij, Medeę pontem illum admirabilem tribuit. Babylon, inquit, Euphrate fluuiο intersecatur, cui pons inenarrabilis incumbit, & prætoria quæ in ripis sunt ita coniungit, ut vix coniunctionis ratio perspiciatur. Medæa enim quedā imperium illud tenuisse dicitur, & ponte iunxisse fluuium eo modo qui nunquam in alio ponte seruatus est. Lapi des enim, ferrum, & bitumen, & quæcunque hominum ingenio ad deuinctiouem illam inter aquas stabiliendam reperta sunt ad ripas fluuij congerens, & fluentem in paludes vertit (sunt illa ἔλη, de quibus supra locutus est Diodor.) ipsumq; fluuium exsiccatum suffodit ad duas vlnas, fistulam cauam efficiens, ut ad prætoria in ripis posita, veluti ex terra suboriri, ac derepente existere videre-

tur, & cum tubum cinxit æqualiter solo ipsius fluenti. Fundamenta igitur ita posita sunt, (Sic lego, οὐ μὴ δῆ θεμέλιοι ἔτες ἐβεβήνεσαν) & fistulæ parietes. Cum autem bitumen aquis indigeat, ut in lapidem concrescat & solidetur, Euphrates in humidam adhuc tectorij superficiem, & testitudinem quæ bitumine vincita erat, immissus est. Interpres mentem auctoris hoc loco non satis assequutus est. Tu consulito caput 18. lib. i. Philostrati, Deinde Curtius. Arcem quoque ambitu 20. stadia complexam habent, 30. pedes in terram turrium fundamenta demissa sunt. Ad 80. summū munimenti fastigium peruenit. Diodorus indicat non vnam, sed duas arces regias ad fluuium ex vtraque pontis parte à Semiramide exstructas, vnde tota ciuitas despiceretur, & quibusdam quasi clauibus loca præcipua clausa, septaque tene-rentur. Harum in altera crudis lateri-

bus θετύπωθ ἡγεία πανέδαπά τῇ τῷ χω-
μέτων φιλοτεχνίᾳ τὴν ἀλήθειαν δημιουργόν.
Sed & in ipsis turribus ac muris erant
animalia omnis generis artificiose co-
loribus & lineamentis expressa, cum
venatione ferarum omne genus, qua-
rum magnitudo 4. cubitos superabat.
Philostratus non Semiramidis, at Me-
dæx cuiusdam hæc opera esse docet,
quæ regias ædes exstruxerit, ære quo
vincitæ sunt colluentes. Thalami ve-
rò, & andrones, & porticus cum ar-
gento, tum auris tapetum textis, tum
etiam auro ipso solido veluti picturis
quibusdam illustranrur, peplorūmque
varietates è Græcis fabulis sumptæ
sunt. Illic enim Andromedæ, Amy-
monæ, Orpheus frequentantur. Or-
pheo quippe delectantur, tiaram eius
& bracas adamantes, quæ verba re-
centiorem operam significant, vt & ea
quæ de Dathi, & Athenis adjiciuntur.
Φασὶ δὲ καὶ ἀνδρῶν ἀντυχεῖν, εἰς τὸν δερφόν ἐς

δόλες ἀνηθαὶ χῆματαί τινες εἰκασμένοις, σαπ-
φειρή δ' ἀντὸν κατηρέφθαι λίθῳ. Κυανωτάτη
δ' ἡ λίθος, καὶ φεγγία ἴστη. Θεῶν δ' ἀγάλματα
ὅς νομίζεται Ἰδρυταὶ ἦν, καὶ χρυσᾶ φάνεται
καθάπερ ὅξαις αἰθέρες. Διηγόσθη δὲ ὁ Βασιλεὺς
ἐνταῦθαι. Ferunt autem & in porticum
venisse cuius fornix forma clypei seu
tholi faciem cæli imitabatur, saphiro
lapide extrinsecus tecta, qui lapis
maximè cæruleus cæli colorem refert,
vbi eorum quos ipsi Deos habent ima-
gines ex auro tanquam ætheris colore
sculptæ erant. Is autem locus est vbi
Rex ius dicere consueuit. Aureæ qua-
tuor illices aues suspendebantur ē te-
studine nemesin ei denuntiantes, ne
supra homines saperet. Has Magi di-
cuntur Regi apparare in regiam eun-
tes. Vocant eas Deorum linguas. Be-
rosus apud Iosephum indicat Nabu-
chodonosorem patrum Regiæ regiam
aliam adiecissem, quæ opere cultuque
nobilior esset. l. i. antiquit. Addit Cur-

tius de hortis pensilibus, de quibus
Diodor. lib. 2. Τὸν πῆρχε δὲ καὶ ὁ κρημαστὸς
καλέμδρος καππός τοῦτο τὴν ἀκρόπολιν, & Σεμι-
ράμιδος, ἀλλὰ πιος ὑσερην σύρε βασιλέως κα-
τασκεύασαντος χάρειν γυναικοὺς παλλακῆς. Ταῦτη
γάρ φασιν ἔσται τὸ θύμος περιστά, Καὶ τοὺς
ὅρεσι λειμῶνας έπιζητάσται ἀξιώσαγ τὸν βασιλέα
μηίσταδις δέ τῆς φυτεργῆς φιλοτεχνίας τὴν τῆς
περιόδου χώρας ἴδιότητα. Id est, fuit autem
& qui dicitur pensilis hortus in arce
non Semiramidis, sed cuiusdam postea
Syri regis opus, qui in gratiam uxoris
suæ eum hortum instruxit. Hanc enim
aiunt natione persidem, & prata quæ
in montibus sunt expertentem rogasse
regem ut imitaretur per artificium
hortulanæ artis faciem & ingenium
regionis persidis. Est autem Paradisus
latus utrumque extendens ad quatuor
visque ingera, montosum ascensum &
substructiones alias surgentes habens,
ut faciem Theatri praeseferat. Sub gra-
dibus exstructi erant tubi ac fistulæ,
quæ totum paradisi illius pondus ex-

ciperent, & paulatim leni ordine se
ipsis in ascensu superiores essent. Su-
perior fistula cuius altitudo 50. cubi-
torum erat in se recipiebat superio-
rem paradisi superficiem ambitui mu-
nitionum parem. Postea muri quidem
opulentè, firmitérque stabiliti 22. pedes
crassi erant, exitus quisque decem pe-
des latus fuit. Cætera ex ipso fonte
hauriantur. Antipater hortos pensi-
les, aliaque Babylonis miracula com-
mendat lib. I. Græcorum Epigram.

Καὶ περιτάς Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἄριστην,
Καὶ τὸν ἐπ' ἀλφεῳ Σῆνα κατηγασάμην
Κάπωντ' αἰώρημα, τὴν ἡλίου κόλασον,
Καὶ μέγαν αἴπεντάν πυραμίδων κάματον.

Vidi asperæ Babylonis muros quibus
currus commeare poterant, & Iouem
ad Alpheum, & hortos pensiles, &
solis colossum, & magnum opus Py-
ramidum excelsarum. Dio Chrysosth.
orat. de diuitijs pensilem hortu[m] Su-
sis ponit, εἰδούσας τὰς σύνοικας καὶ γέδειον δικο-

δομήσωσι, δις ἦν ὡς φασι, μετέωρος ἄπας. Id est, neq; paradisū qui est Susis, exſtruēnt, qui omnis, vt aiunt, erat pensilis. Fuerunt pensiles Babylonis horti figura quadrata, cuius singula latera 4.iugera complectentur. Fornicatis autem arcubus & cameris continebantur, quæ talis ad speciem cubi formatis initerentur. Tali ipsi alij alijs insidebant, terraque oppleti erant, vt plantis & arboribus maximis conseri possent, è latere cocto & bitumine comparati, vt & fornices ipsi, & arcuatæ cameræ. Tectum autem superius scalaria habet, & cochleas appositæ, quibus aquam assiduè homines id muneris habentes ex Euphrate ad hortos irrigandos sursum trahebant. Vide Plin. lib. 36. cap. 14. Strabo lib. 16.

Καὶ ὁ κρημαστὸς κῆπος ἔχων τετραγώνῳ γῆματος ἐκάστην πλευρὴν τεττάρεφον πλεύθερον. οὐκέται δὲ καλιδώμασι καμαροτοῖς ὅπ' οὔτε τοις ιδρυμένοις κυβοειδῶν ἀλλων ἐπ' ἀλλῃ (lego

ἐπ' ἀλλοις) consule locum ipsum. Berosus apud Iosephum l.i.antiquit Nabuchodonosori tribuit hortos pensiles qui antiquæ regiæ regiam aliam adijciens in opere illo ascensus lapideos exædificauit, & faciem montium exprimens, omne genus arboribus locū consitum variè distinxit, & pensilem illum hortum instruxit, quod vxor eius montanę illius amœnitatis studio teneretur, quæ in Media educta esset. Euseb.lib.10. Τά τε βασιλία δένδροις ποιησε κρεμασθεὶς καὶ γειτίσυς ὄνομά σας. Excitauit enim Nabuchodonosor molitiones lapideas, ait Gregor. Monachus, altissimas ad hortos pensiles, vbi vxor eius studiosè inambulabat, & oculis prospectum totius regionis liberrimū usurpabat, cum ipsa à nemine cernetur. Ήγειρε δὲ καὶ ἀναλήματα λίθια οὐφύλαξτα, καὶ παντεπανταχωριστας ἵπερθεν δένδρα καρπόφορα ὅμοια δασοντάτοις ὄρεος, κρεμασθεὶς καὶ αὐτὸν ἐπικόμβασε, εἰς δὲ οὐ γυνὴ

αὐτὸς οὐκεπολέσσαι, Εἰ πᾶσαι τὴν γῆν ἐκείνην ἐπο-
πόλιςσαι κατετέρπετο φύγενδες ὁρχμένην. Postre-
mis etiam temporibus sub Parthis &
Persis Babylone, quę ciuibus exhausta
erat ob viciniam Ctesiphontis, ve-
nationes tamen regiæ fuerunt, non in
hortis illis pensilibus, sed in vrbe tota
fusæ. Hieron. in c. 13. Isaiæ. Didici-
mus à quodam fratre elamita, qui de
illis finibus egrediens nunc Hierosolymis
vitam exigit monachorum, ve-
nationes regias esse Babylone, & om-
nis generis bestias murorum eius am-
bitu tantum coërceri. Adhuc institui-
mus vestigijs Q. Curtij, nunc ea su-
blegamus quæ tacuit. Semiramis in
arce prætorium ingens Belo condidit
ac dicauit, ebore, argento, & auro
exornatum, authore Dionys. de situ
orbis

Περὶ δὲ τότον Βαβυλὼν ἱερὸν πόλις, ἣν ἡ τε πᾶσαι
Τείχεσιν ἀρραγήσας Σεμίραμις ἐσεφάνωσεν.
Αὐτὰρ ἐπ' ἀκερπόλει μέγαν δόμον ἔσατο βήλῳ
Χρυσῷ τῷ ἵδῃ ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ ἀσημίσασα.

Auienus id exprimere conatus est,

— Stat maxima Beli

*Aula quoque argento, domus indo dente nitescit,
Aurum recta operit, sola latè contegit aurum.*

Iupiter Belus ab Herodoto dicitur l.i.
cuius templum æreis portis munitur,
duorum vndecimque stadiorum am-
plitudine, figura quadrata. In fani
medio turris solida, quæ stadium alta
& crassa est, cui alia atque alia usque ad
octauam imposita est. His in circuitu
scalæ sunt adhibitæ per quas ad singu-
las conciduntur turres. In medijs gra-
dibus ductus, sellæque cā in rem factæ,
in quibus ascensuri possint sedere &
conquiescere. In postrema turri facel-
lum est aliud, in quo lectus est splen-
dide stratus, & apposita mensa aurea.
Statua tamen in hoc facello nulla est,
neq; hic noctu cubat hominū aliquis,
præter mulierem vnam ex indigenis,
quam ex omnibus Deus elegerit. Fa-
bulantur enim Deum fanum ineuntem

in hoc cubili quiescere, perinde atque
in Thebis Ægyptijs. Ibi enim in The-
bani Iouis fano mulier quoque cubat,
quæ mulier vtraque cum viris non
confuescere putatur. Sicut & de An-
tistita Pataris Lysiæ ciuitate memora-
tur. Putem fanum illud Beli fuisse, in
quo vestigia sacerdotum cinere spar-
so deprehendisse Daniel dicitur lib.
Dan. Verum an credas turrim illam
in medio templi positam vestigium
aliquod turris illius Babel fuisse.
Equidem non putem, quod arx &
fanum Beli à Semiramide conditum
probetur, & quod turrim Babel tota
illa arce Beli ampliorem latiorēmque
esse oportuerit, vt ad tantam altitudi-
nem eueheretur, & omni humano
generi perfugium præbere posset.
Quam tamen Babylone exstructā esse
non inficiar, vt ipsum nomen Babel
indicat, vel vt alij volunt Chalane, vbi
postea Seleucia condita est. Apud

Isaiam 70. interpretes turrim Babel,
 $\tauὸν τῆς χαλάρης πύργον$ vocant, vt & Nazianzen. in Basil. & in Anastasio, $\tauὸν$
 $\chiαλάρης πύργον, διεκαλῶστας γλωσσας ἐμέτεισεν.$
 Plin. l. 5. cap. 26. Ctesiphontem in chalanitide condidere Parthi, quod nunc est caput regni. l. cap. Daniel. Terra Sennaar locus est Babylonis, in quo fuit campus Dura, & turris quam usque ad cælum hi qui ab Oriente profecti erant ædificare conati sunt. Vnde à linguarum confusione Babylon appellata est, vt Hieron. ibidem. Nam & Daniel. c. 3. Nabuchodonosor dicitur statuisse aureum illud simulacrum in campo Dura prouincie Babylonis. Symmachus Doraum vertit, Theodotio Deira, 70. interpretes, $\pi\acute{e}\beta\alpha\sigma\sigma\nu$, quod nos viuarium, vel conclusum locum dicere possumus ait Hieronym. quid si dicas turrim illam à gigantibus conditam arcem Babylonis cæteris mirabiliorem, ac veluti Capi-

tolium extitisse, quam deinceps Semiramis in certas partes descripsérit, & alijs ædificijs ornarit. Eius turris altitudo quatuor millia dicitur tenuisse passuum, paulatim in angustias è latiori mole desinens, vt pondus immensus facilius ab illa meta latiori sustentaretur. Ibi templa marmorea fuerunt, aureæ statuæ, plateæ lapidibus auróque fulgentes. Indicat Hieron. in 14. Isa. Illud Beli templum ad suam usque ætatem durasse prodit Plin. l.6. cap.26. Apud Sibyllam legimus, cum homines eadem voce vterentur omnes, quosdam ex ijs turrim maximam substruere conatos, vt in cælum iter sibi molirentur: hanc Deus ventorum immissis turbinibus euertit, & suum cuique linguae sonum attribuit. Vnde Babylonii nomen factum est. Indicat Abydenus. In Assyria, inquit, ferunt primos gigantes robore, & magnitudine proceros Dei cultum abiecisse, &

turrim vbi nunc Babylon est, excitasse.
Sed oborta desubito tempestate tota
molitio ruinam fecit, vt est apud Cy-
ril. l. i. in Julian. ex eo fonte lingua-
rum varietates, & diuisio profluxit.
Cum enim 72. gentium & familiarum
capita cum gentilibus suis ad turris
illius fabricam conuenissent, & Dei
imperio dissipati essent, sermone sono-
que familiari perturbato, illa lingua-
rum dissimilitudo nata est, cum quis-
que sonum sibi intellectum sequere-
tur. Facilè igitur deprehendas qui
cuius idiomatis principes fuerint. Io-
nam enim Græcum habuit, à quo &
Ionibus appellatio facta est. Theras
Thracum, Mosoch Mosynœcorum,
Thasel Theſſalorum, Elud Lydorum,
Gephar Gasphenorum, Mistrem Ægy-
ptiorum, Psus Axumetarum, Armot
Arabum, & ne singula numerando
percenseam, vnicuique suæ linguæ
intelligentia diuino munere concessa

est. Sed vere or ut mihi fidē habeas, nisi
in patroni alicuius auctoritate lateam.
Epiphanium dabo hæresi 39. Καὶ ἐπειδὴ^{ται}
πέρ ὁ εὐθυνόντες δύο τότε τὸν πύργον δικοδο-
μάτων ταῖς γλώσσαις διεσκεδάσθησαν συγχέν-
τες, καὶ δύο μιᾶς ἵς ἕδεσται ἐμπνούθεντες ἐπ
Θεῷ βελήσεως ἄλλος ἄλλον ἐχίησον. Ω̄ς
βελομένω ἔτειν δύρεν ἔκαστον ἀρχιγάρον ἐγίνεται
γλώσσης. Ω̄ς ἰωνὰν μὲν τὸν ἄλληνδε τέχεν, ἔξ
ἔτερον ἴστρος κέκληται, διὸ τὸν παλαιὸν γλώσσαν
τὴν ἄλληνων ἔχοντες. Θίεται δὲ τῷ Θεοῦ. In
eo tractu ubi Babylon sita est nascitur
lapis sardius qui in veste sacerdotis
Iudæorum fuit, Babyloniusque dici-
tur, quem Anastasius Nicen. quæ-
stionibus in scripturam ex Chry-
stoffomo ait igneum, & sanguineum
fuisse, perspicuum ac tralucidum, quo
medici ad tumores uterentur, & quæ
ferro fiunt vulnera. Iuuat enim si illi-
natur. Babylonem supra diximus in-
ter mundi miracula censeri, sed & ipsos
penitiles hortos ex Antipatri Epigram.
Græco & Martialis lib. I.

*Barbara Pyramidū sileat miracula Memphis,
Aſiduus iactet nec Babylonā labor.*

Legimus, Assyrius. Sic enim Antipater, ἀστεῖος χῶμα σεμιεάμως. Addimus è Diodoro Obeliscum Semiramidis, quæ moles insana lapidis fuit inter 7. mundi miracula poni. Quanquam ea variè à varijs traduntur. Cassiodor. l. 7. Variar. numerat Ephesiæ Dianæ templum, 2. Mausolæum, 3. Rhodij solis æneum Signum, 4. Iouis Olympici simulacrum quod Phidias sculpsit, 5. Cyri domum quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit, 6. Babylonis muros, qui ferro, sulphure, laterere cocto structi sunt. (Sulphur posuit pro Bitumine, malè.) 7 Pyramides in Ægypto, quarum in suo statu se ymbra consumens vltra constructionis spatia nulla parte conspicitur. Martial. lib. 1. Paulo aliter. Higyn. Fabula 123. Ephesiæ Dianæ templum exstruxit Otrira Martis con-

iunx. 2. Monimentū Regis Mausoli lapidibus Lychnicis altum pedes 80.
 Circuitus pedes 1340. 3. Colossus altus pedes 90. 4. Signum Iouis Olympij sedens, ped. 60. 5. Domus Cyri Regis in Ecbatanis lapidibus varijs & candidis vinctis auro. 6. in muris Babylonicas ponit sulphur, ut & Cassiod. 7. Pyramides Ægyptiæ, quarum umbra non videtur, altæ pedes 60. Cedrinus paulo aliter

Κενὸν φρύαγμα τῷ πάλαι περιείδει,
 Αἴγυπτος ὡσερ εἶχε κόμπον ἢ πλάτη.
 Καὶ πύργος ἄστροις ἔξιστεμος φάρε.
 Μέγας κόλεωσος ὁ Θρυλλέμος ρόδη,
 Καὶ τύμβος ἔξακτος ὁ τῇ μαυσώλῃ,
 Καὶ κυζίνη φέρετος ἀρεαγῆς δόμος,
 Τὸν δὲ πέρι ἔξεγηρεν ἀρτεμοῖα,
 Ή' Μαυσώλει τάλαινα σύζυγος πάλαι,
 Καὶ τὸ θεάτρεν λυκίας τῆς τῷ μύερν,
 Οὐ περικατεστάρετεν ἴσμαῖλα ψόνος,
 Καὶ ρυφίνειον ἄλσος εὖ τῷ περγάμῳ,
 Οὕπερ τὸ κύλλος πᾶσαν ἐδραμε χθόνα.

Cyzicenam illam regiam, Theatrum
 Lyciæ in Vrbe Myris, Rufinium Lucū

Pergami inter miracula posuit. Sed de mundi miraculis l. 4. Græcorum Epigram. tit. *Eis πόλεις* consulatur. Nos id hoc tempore non agimus.

DE DIIS PERSARVM.

CAP. IIII.



VIA nihil in omni gente religione Deorum fuit antiquius , ab ea licet in Persis vana futileque , initium ducemus. Deum non vnum Persæ habuerunt , sed varia sibi numina finixerunt. Antiquissimi apud eos cultus fuerunt Iuppiter , quem Belum dixere , Hercules quem Sandem , Anaitis quam venerem , longè ante Zoroastris ætatem , & ignis cultum repertum , ait Agathias lib. 2. Belum hunc qui Iupiter est , Cyril. l. 4. in Iulianum , Arbelum vocat , quem primum ait in Assy-

rijs regnasse, & omnium hominum primum à cæteris imperij sui cultoribus numinis existimationem venatū, in eiúsque cultu Assyrios, finitimásq; gentes perseuerasse. Is Nini pater fuit, & Belus vulgo appellatur, quem eundem Cum Nembrotho facio. Iouem qui & Belus est, cælum putant ait Strabo l. 15. Paulo aliter, Constant. Manasses in polit. Ætate, inquit, Abrahami fuit βῆλος ἀνὴρ ὁ βελαιές ὁ καταίχειρ γίγας, ὃν ὡς Θεὸν ἐπίμοσαν ὁ πεφενακισμόν, τῷ καένον μεπονόμασαν. Οὗτος δὲ ὁ καένος ἔχει γυναικα τὴν σεμίευμιν τὴν λεγομένην ῥέαν. Οὐ καένος τίνυν σωματῶν τῇ γαμετῇ τῇ ῥέᾳ σωδῶλοις ἐτεκεν ὑιοῖς καὶ τὸν μνῶν τέτον, ὃν νεούν δομήπορά φασι τῆς Θρυλλαρμόν. Sub Abrahamo fuit Belus fortis gigas & robustus quem ut Deum falsi coluerunt, & Saturnum dixerunt, qui vxorem habuit Semiramidem quæ eadē Rhea, ex qua plures filios, & inter eos Ninum suscepit, à quo vrbs Niniue condita. Celsus ille quem scriptis suis

oppugnat Origenes aiebat Persas Iudæorum more Ioui sacra facere in montibus editissimis. Iouis enim nomine cæli ambitum designari, vt Origin. lib. 5. in Celsum. Ethnici autem putabaut Iudæos Iouem vnum, id est cælum colere, vnde Iuuenal.

Nil præter nubes, & cæli lumen adorant.
 Addit Origenes, Celsus putat nil differre Iupiter dicas an diespiter, Adonæus, an Sabaoth, Ammæus vt Ægyptij, an vt Scythæ Pappæus. Persæ igitur Iouem coluerunt, & quidem eum patrium. Xenoph. l. 8. Cyropæd.
Εὗρος διων λαβὼν ὁ κύρος ἵσπεια τὸν θεόν πατέρα, καὶ ἥλιον. Vbi patritus, seu πατέρως non significat Deum vnius alicuius familiæ, sed patrium Deum omnium Persarū. Plut. l. 2. de fortuna Alexand.
Ζεῦ πατέρα περσῶν. Vnde apparet Agathiam l. 2. benè sentire, qui monet vetustiores Persas Iouem, Saturnum, cæterosque Græcorum Deos coluisse

alijs nominibus. Iouem enim Belum appellarunt, quem & iurare solitos fuisse discimus è Callisthene in vita Alexandri, cum Darium inducit apud Alexandrum iurantem, ὅμνυμί οοι δία τὸν μέγιστον, καὶ ἐμὸν πατέρα. Iuro tibi Iouem maximum, & meum patrem. Sed Iouis illius, seu Beli antiquitatem è sacris litteris arcessere possumus, Daniel. vlt.

Καὶ ἦν εἰδωλον τοῖς Βαβυλωνίοις ὡς ὄνομα Βῆλ,
καὶ ἐδαπανῶντες εἰς ἀντὸν ἐκάστης ή μέρεας σεμιδά-
λεως ἀράβαι· ιβ., καὶ ωρέβατας, καὶ ὄντες μεζηταὶ ε,
ἵσσουν ἱερεῖς τὰς βῆλ π., Καὶ ἦν δράκων μέγας ἐν τῷ
τόπῳ, Καὶ ἐσέβοντες ἀντὸν οἱ Βαβυλωνίοι. Hel-
luonem Deum dicit, in quem muni-
tissimi purissimique pollinis artabæ
12. in singulos dies impenderentur,
oues 40. vini metretæ quinque. Eius
erant 70. sacerdotes, & eo loci draco
ingens cubile posuerat, quem pro
Deo Babylonij habebant. Putem equi-
dem ab illo Belo, seu Ioue inanes
illos Deos de quibus in sacris litteris

agitur ortos esse Baal, Baalim, Beelphégor, Beelzebut, Bel, Arbel, Belial, quanquam varia illis apud Hebræos veriloquia, variique significatus, qui Bel, seu Belum vetustum significare volunt. Babyloniorum autem qui primi in orbe dominati, superstitiones per totum Orientem disseminate sunt. E vetuissimis Diis alter fuit Sandes, quem Agathias alio loco Herculem, alio Saturnum interpretatur. Sic enim ille l. 2. Vetustiores Iouem, Saturnum cæterosque Græcorum Deos venerabantur, alijs tamen nominibus. Belum enim Sandem & Anaitida nominabant. Idem alio loco, Persę Græco ritu Deos plerosque colunt. Utuntur sacrificijs, purgationibus, oraculis, & id quidem Græco more. De Anaitide tamen aliter sentit Clemens Alex. in Protrept. quam inter vetuissimos Deos non ponit, Sed ab Artaxerxe cultum eius inductum ostendit. Ea

Venus fuit. Prius, inquit, quam Anaitidis veneris statuam erexit Artoxes, οὐτε βού αὐτερποιεῖν ἀγάλματα, Berofo teste, ἀλλὰ πῦρ τε καὶ ὕδωρ. Id est, non colebant simulacra hominis forma, sed ignem & aquam. Apud Clement. Alex. Strabonem, & Pluth. vbi legitur νεράς, νάτης, αἴστης, repono αἰώνια. In Anaitidis & Omanī templis πύραυλοι qui dicebantur, è numero magorum ignem colebant, idque maximè in Cappadocia, ait Strabo l. 15. Anaitidis enim, & Omanī templo, πυραθεῖα sæpe coniungebantur, eodem authore. Ipsique adeo Armenij in templo eius virgines consecrabant, ut Tyrcinum facerent sub Veneris signis, ait Strabo l. 11. Anaitidem esse arbitror Nanæam, cuius mentio fit l. 2. Machab. cap. 1. his verbis. Nam cum in Perside esset Antiochus, cecidit in templo Nannææ, consilio deceptus sacerdotum, à quibus cum in adyta penetrasset

trasset lapidibus obrutus est. In Gr̄co
legitur ιερὸν τὸν ναὸν. & cap. 6. lib. 1.
Et audiuit esse ciuitatem in perside
opulento templo nobilem , & illic
velamina aurea, lorias, & scuta Ale-
xandri magni donaria. Iosephus &
Hieron. Nannæam Dianam interpre-
tantur, affinitas vocis Anaitidem Nan-
næam esse indicat. Locus est ad Nan-
næam istam vnicus, & singularis apud
Polyb. lib. 10. Κατὰ τὴν αἰπόχειαν παρσίαν,
ὅτε ναὸς ἀντὶ τῆς αὐλῆς (lego νάυης) ἀερ-
οστροφόροις, ἐπὶ τοῖς κίονας εἴη τὸς τοῖς θεῖς πε-
ζευσαρμένες, καὶ περιμήδας ἀργυρεῖς, Εἰ πλείσ-
ται ἀντὶ σωματέθηντο πλίνθοι γευσταῖ, Εἰ ἀργυρᾶ,
id est, sub aduentum Antiochi tem-
plum Nannæ dictum columnas habe-
bat in ambitum inauratas , & tegulas,
scu laminas argenteas , & plures in eo
lateres aurei & argentei cōgesti erant.
Audis opinor, diues illud templum
ab Antiocho spoliatum , vnde talen-
torum 4. millia refecta sunt lib. 2. Ma-

chab. cap. 5. in Elymaide vastitas hæc
facta dicitur ab Antiocho, qui tractus
est perfidis inter sinum Persicum, &
Medium. Iosephus ἐλυμαΐς vocat περ-
σῶν ἀργητας. Et si autem augurium
meum mihi non disciplicet, habeo ta-
nien vnde dubitem de Nannæa, &
Anaitide, quando quidem in Priscis
illis inscriptionibus Nannam Persica
lingua, pro Deo Mithra video accipi:
sic enim legitur. Nannæa Sebeccio Deo
mithræ. Et fortasse in Elymaide Mi-
thræ fanum fuit, maximè cum Hero-
dotus Mithram Venerem esse velit,
quam Anaitidem dici ostendimus.
Locus est apud Clementem de Anaiti-
de corruptus in eam rem, quem & in-
dicabimus, & restituemus, in Protrept.
Αρταξέρξης δὲ τῷ θαρείᾳ τῷ ὥχει τεφέῃ τῷ
ἀφεγδίῳ τανάδος (αναίνδος repono) τῷ
ἄγαλμα αιανήσας ἐν Βαβυλῶνι, καὶ σύσσις, καὶ
ἐν βατάνοις. Id est, Artaxerxes Darij Ochi
filius primus veneris Anaitidis simula-

chrum erexit Babylone. Iosephus Ely-
maidem nō regionem, sed urbem, vbi
templū Dianę Antiochus spoliarit, esse
indicat l. 12. c. 13. Origin. πόλιν τὴν περσίδην
πλάτων οἰχοφέρουσαν ἐλυμαΐδα, Καὶ πολυτελέσις εἰσὶν
ἀρτέμιδος τὸν ἀντῆν, Καὶ πανθεῖται αὐταῖς μάρτιον
πλήρες εἶναι. Urbem in Perside opulen-
tam Elymaida, & magnificentum tem-
plum Dianę in ea vrbe quod omnis
generis donarijs plenum sit. De Diana
cum eo sentit Hieron. ad c. 8. Daniel.
Antiochus qui contra principem prin-
cipum, regem regum surrexerat, in
Elymaide quæ regio Persarum est,
templum Dianę spoliare cupiens quod
habebat pretiosa donaria. In eo tem-
plo quæ sacra curarent muliere lege-
bantur, quibus perpetua pudicitia im-
perabatur, ait Pluth. in Artaxerxe,
qui Anaitidem Dianam esse vult, &
Aspasiam Cyri concubinam ab Arta-
xerxe huic sacerdotio præpositam.
Templum illud Ecbatanis ponit.

Venerem cultam in Persis Anaitidis nomine ostendimus: & Iunoni cultum suum fuisse ostendemus, cuius templū à Palatio regis quod Susis fuit, 16. Stadijs absuisse indicat Pluth. in Artoxerxe, qui vnam hanc Deam terram manu contingens adorauit. Sed & Mineruæ templum fuit in Persis nobilissimum Deæ bellicæ, cuius sacris reges initiantur, cultu regio deposito, priscumque Cyri maioris cultum in duebant, vilem illum quidem, quo priusquam Persis imperaret usus erat, cibosque tenues ac viles, ficus, & terebinthum comedebant, & acetosi lactis poculum sumebant, ut antiquum auorum morem reuocarent. Pluth. in Artoxer. Εἴλασεν εἰς παταργάδας ὁ βασιλέως ὄπως τελεθέηται τὸν βασιλικὸν τελετήν, &c. Neptuno quoque honorem habuere Persæ, cui tres insulas consecrarint, Philon, Cassandra, Aratiam, cum monte præalto, ait Plin. lib. 6. c. 25.

Et Solem & Lunam, stellásque, & elem-
menta inter Deos reposuerunt. Solem
vnum esse Deum crediderunt Persæ,
ait Iustinus l. i. Et eidem equos dica-
runt, cui cum facerent equos candi-
dos mactabant, & re diuina peracta
vnum aliquem in fluuium deijsiebant.

Herodot. Οἱ μάγοι ἐπαλλιερεύντες σφάζοντες

ἴπας λόγης εἰς τὸν σρύμονα.

Magi perlitabant immolantes albos
equos & deijsientes in Strymona flu-
uium. Lactant. l. i. c. 21. Placat equo.

Persis radijs Hyperona cinctum ne
detur celeri victima tarda Deo, ex i.

Fastor. Ouid. lib. 8. Cyropæd. Γῆποι
ἥγοντες θῦμα τῷ οὐλίῳ. Equi ducebantur
victimæ Soli. Philost. lib. i. de vita

Apol. Λόγοι δὲ αὐτοῖς οὐδὲ σφόδρα νοστίων
καταθένειν ἔμελλε τῷ οὐλίῳ φαλάρησ ποσμήσαι,

ῶστε εἰς πόμπην. Album equum Ni-
sæum immolatus erat Soli phaleirs
ornatū vt in pompam. Sed & Armenij
Soli equos immolabant, vt ē Xeno-

phonte discimus l. i. Αὐαβάσ. καὶ ἵπποι
δινεῖ λίθοις παλαιότερον δίδωσι πέμπομέρην αὐτα-
θρέψαντι κατάθυσμα, διπολλέσσεν ἀντὸν ιερὸν εἶναι
τὰς ἡλίας. Et equum quem acceperat ma-
xime vetulum, dat comarchæ à quo
eductus erat, ut eum immolaret, quod
audierat eum Soli sacrum esse. Neque
Soli modo, verum & igni mactabant
equos, ait Iulianus in hymno Solis.
Ἴπποις λευκάς καὶ πύρροις ἔθνες τὰς μὲν πέμπονται,
τὰς δὲ τῷ πνεύματι. Equos albos & rufos im-
molabat alios Soli, alios igni. Massa-
getis quoque Sol in veneratione fuit,
cui equum immolarent. Herodot. l. 2.
Οἱ μασσαγέται Θεὸν μέντοι ἡλιον σέβονται, τοὺς
δύοτοι ἴππους. Νόμος δὲ ἐγράψας τῆς θυσίας τῷ
Θεῶν τῷ ταχίστῳ πάντων τῷ διητῶν τὸ τάχιστον
συντίθεται. Massagetae Deum unum So-
lem colunt, cui immolant equos. Lex
autem est sacrificij, ut celerrimo Deo-
rum, animal ex omnibus perniciissi-
mum mactent. Apollinem quoque
coluere, quem cundem Græci cum

Sole faciunt, cuius simulacrum Seleucia fuit, qua perduces veri Cæsaris expugnata aūulsum sedibus simulacrum Chomei Apollinis, perlatumque Romam in æde Apollinis Palatini Deorum antistites collocaūt. Sed incensa ciuitate, simulacrōque ablato milites fanum scrutantes inuenire foramen angustum, quo reserato ex adyto quodam concluso à Chaldaeorum arcanis labes exfiluit, quæ à Persidis finibus ad Rhenm usque, & Gallias eundo polluebat funeribus. Ammian. Marcellus lib. 23. Solem Lycophron Perran vocat in Cassandra voce Persarum, cum Xerxis in Græciā irruptionem describit. κύφεια δ' ἵων τηλόθειν ροιζυμόων ιπέρ μάστιγος στίσυσι, κύμασις τὸ πώς σκιὰ καλύψει πέρρων αὐθλόντων σέλας. Nubes, inquit, sagittarum, quæ procul mittentur cum stridore supra caput stabit, & ut umbra iaculatorum caliginis instar hebetans lucem

solem teget: Persæ solem Mithram & Perram vocant, ait Tzetzes ad Lycophron. Plutarchus in Xerxe θεωρίᾳ μέλλοντες δὴ τῷ τῷ ἡλίῳ βαμψ. Cum Xerxes boues immolare vellet in altari Solis: Matis aqua loti Soli faciunt, in πυρὶ ignem seruant ad vaticinationes, qualis olim vestæ ignis æternus Romæ fuit: auctore Procop. lib. 2. Persar. Dio Chrysost. in orat. Borist. Οἱ μάγοι τῷ δῖ τρέφονται ἀρμα ποσὶν ἵπποιν, ἡλίῳ δὲ ἵπποιν, Magi Ioui alunt equos Niseos quatuor ad currum, & Soli equum vnum. Cum in prælium excundum esset, super tabernaculum vnde ab omnibus conspici posset imago Solis inclusa fulgebat, vt Q. Curtius. Persæ Solem in linteo pictum adorabant, & in Clypeis expressum gestabant, teste Tertul. in Apologet. Ipsi etiam Parthi in prælium non descendebant nisi Sole v lulatu salutato. Herodian. lib. 4. Αὐτοις δὲ τὸν ἡλιον,

ως ἔθος ήσι πάρθων. Cum Solem salutassent
vt mos est Parthis. Xenoph. lib. 8.
Instit. Cyri, prodit currum album co-
ronatum Soli sacrum regem in publi-
cum procedentem anteire solitum,
quod erga Solem reges præcipua pie-
tate affecti essent. Hinc illud est Darij,
qui comperta Alexandri continentia,
manus ad Solem tollens precatus est,
vt se, aut Alexandrum regnare Dij
vellent. Christiani complures ne So-
lem adorarent sub rege sapore iugu-
lari se passi sunt ait Sozom. l. II. c. 8. 9.
Moris certè regibus fuit, vt manè ad
ortum conuersi quotidiè Solem ado-
rarent , ait Procop. lib. I. Persar.
Εἴη γὰρ ἀυτοῖς νόμον τὰς τὰς ἡλίας αὐτολάς
περιουσίαν ἡμέρᾳ ἐκάστη. Dubitari non
iniuria possit an Solis sacerdotium
cum Mithræ sacerdotio idem fuerit,
cum Mithram plerique omnes Solem
esse velint. Nonnus in Dionysiac. p.
684. De Sole loquens.

Βῆλος ἐπ' Εὐφράτῳ, λιβὺς πεντημέδειος ἀμμων,
Αἴπερ ἔφυς νειλῶν, ἄρσαν κρόνος, ἀσύειος Ζῦς,
Ηὲ περσέαπτις ἔφυς αἰγύπτιος, αἰτέφελος Ζῦς,
Εἶ κρόνος εῖ φαέθων πολυώνυμος, εῖτε συμίθρας.

Es Belus apud Eufratēm, Ammon diceris in Lybia, Apis apud Nilum, Saturnus Arabs, Iuppiter Assyrius, Ægyptius Serapis, Iuppiter nebulas discutiens, Saturnus, Phaëton multinominiis Mithra. Martianus Capel.lib. 2.

*Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirin,
Diffona sacra Mithram, Ditemq; ferumq; Typhonē,
Solem te latium Vocitat.*

Aristophanis Scoliaſt. in pace, Mūdos
ἥλιον καὶ σελήνην σέβεται. Διὸ δὲ δῆλον, δὲ ἔφεσον
ἢ θελυψήραν. Medi Solem & Lunam
colunt, ideò neque Delum neque
Ephesum vastarunt. Licet idem Mithra
cū Sole fuerit, aliud tamen Solis, aliud
Mithræ sacerdotium fuisse non dubito.
Solis enim sacerdotes fuere fœminæ,
Mithræ sacra Magi procurabāt. Iustin.
Ibi. 7. Solis sacerdotio Aspasiam Cyri
pellicem Artaxerxes præfecit, quo per-

petua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur. Diony. Areopag. epist. 7. ad Carpum Mithram triplicem vocat.
 Καὶ εἰσέπι μάγοι τὰ μητρόσωνα τῷ τειπλασίᾳ μίθραι τελέσοι. Hodiéque magi memoria Mithræ triplicis ceremonijs celebrant. Strabo lib. 15. Solem ait à Persis coli, Mithrāmque vocari. Herodot. tamen lib. 1. Sacrificare Persas cælesti veneri quam Mithram vocant, Assyrij Mulittan, Arabes Aluttan. Θύσοι δὲ ἐρεύνη ἀφεγέτη, οὐ καλέσοι μίθραν. Nicetas ad Stelitent. Nazianz. Τὸν μίθραν διὰ μὴν τὸν ἥλιον, διὰ δὲ τὸν νέφεν τῷ πυρὸς, ἄλλοι ιδεῖν τια σύναρτον τολαμβάνοι. Mithram alij Solem, alij renem ignis, nonnulli peculiarem quandam potestatem esse volunt. Hesichius μίθρας διὰ ἥλιος τῷδε πέρσαις. Μίθρης δὲ τοῦτος εἰς πέρσαις Θεός. Mithra Sol Persis. Mithres primarius Persis Deus. Quare & per Mithræ lumen iurare soliti. Plutarch. in Alessandro, Darius Eunicho dixit, σεβό-

μίθρας μίθρατε φῶς μέγα, καὶ δέξιὰν βασίλεος,
veneratus Mithræ lumen magnum, &
regiam dextram. Claudian. lib. 1.
Stilicon.

Et vaga testatur voluentem sidera Mithram,
Xenophon in Oeconomico , ita Cy-
rum iurantem inducit , iuro tibi ô Ly-
sander per Mithram quem nos Deo-
rum maximum habemus. Hieron. l. 2.
in Iouinia. & ad cap. 3. Amos. Mi-
thra fuit Basilidis Abraxas , quem si
Græcas litteras , & annum cursum
species, in Solis circulo contineri asse-
rebat. Eundem Persæ sub eodem nu-
mero aliarum litterarum vocant Mi-
thram. Julianus in hymno Solis , ab
Ægyptijs Solem cultum & Mithram
vocatum ostendit. Ήμεῖς ἀγύπτιοι τὸν μί-
θραν πυῶμάρη , ναὶ ἄγωμάρη ἕλω τεβατεῖς
ἄγωνας. Nos Ægyptij Mithram colimus
& agimus Soli certamina tertio quo-
que anno. In priscis inscriptionibus
prope Mithram Sol radiatus asculptus

est, ad lœuam Lunæ cornua humeris gerens. In alio lapide est fusa chlamyde succinctus, veste breuiori bracca-tus & manicatus, curua tiara, respi-ciens coruum, inscribitur, ἡλίῳ μίθρᾳ ἀνάπτω, Soli Mithræ inuicto. Non absi-milis ille cultus quo Lucianus in con-cione Deum, Mithram describit. οὐί-
χες ὁ μῆδος, ὁ τὸν πάρδυν ἐπάρπαν ἔχων. Mi-thra, Medus, Candyn, & tiaram ha-bens. Hieronym. lib. 2. in Iouinian.
Narrant, inquit, gentilium fabulæ Mithram & Eriæthonium vel in lapi-de, vel in terra de solo libidinis æstu esse generatos, forte an ob radiorum Solis ardorem. Lucretat. lib. 1. The-baid. Stat. Leonis vultu, habitu Per-sico ambabus manibus fingebatur, re-luctantis bouis cornua retentare, quia Lunalumen ab eo mutuatur, quo lon-gius ab eo recedit. Iustin. 2. Apologet.
Ἄπροτε γένονται τῆς Δημοσίας ἐν τοῖς ταῦτα μίθρᾳ μυστεῖοι παρέστωνται κατέδει μυησάμενοι οἱ

σαμονες. Οπις ἡ ἀρτος εποκησιον ὑδατον θερα
εν ταις ταυτησ μεταυταις μετ' ὅπλογων πνω
πισαθε. Id est, panem & vinum Eucha-
ristiæ in Mysterijs Mithræ adhibue-
runt Dæmones mysteria Christiana
imitati. Scitis enim apponi panem, &
pōculum aquæ in ceremonijs eius qui
initiatur, cum quibusdam epilogis &
additamentis. Tertulianus lib de co-
rona militis. Mithræ miles cum ini-
tiatur in Spelæo, in castris tenebra-
rum, coronam interposito gladio sibi
oblatam, quasi minimum martyris (sic
emendo non nimium aut minimum)
capiti suo accommodatam monetur
obuia manu depellere, & in humerum
si forte transferre, dicens, Mithram
esse coronam suam. Eorum autem qui
initiarentur variæ probationes & ten-
tamenta fuerunt. Vrebantur, frigida
tingebantur, authore Nazianz. Steli-
teut. Καὶ τὰς μίθρες βασάνες, καὶ νεύσες
δίκες τὰς μυστικὰς φέρει τὸν αὐτιῶν εἰς μίθρα

πάντα πολαζούνται. Nullus sacris iniciari poterat, nisi probationes omnes, & cruciatus corpore suo excepisset, ut se quasi à sensu doloris liberum, certè perturbationis immunem testaretur. Numerantur autem 80. tormentorum genera, quæ seriè quadam suscipiebantur. Primum quidem leuiora, tum efficaciora, quas si quis omnino forti animo tolerauit, tum verò religionibus imbuitur. Ignem experiuntur, frigus tolerant, famem patiuntur, siti vrantur, longinquas profectiones suscipiunt. Quod ne nullo authore dictū putes, accipe locupletem & probatum, Nicetan ad Steliteut. Nazianz. Οὐδεὶς δύναται τὰς τῷ μίσει τελετὰς τελεσθῆναι, εἰ μὴ δέ τι πασῶν τῷ πολάσσων παρέλθοι, οὐδέπου ἔσαιτον πινα ἀπαθῆ θέσιον. Λέγεται δὲ ὡγδόνηκοντες τῷ πολάσσῳ ἀστραφτεῖν. Περφτούτας ἐλαφρεστέρας, εἰσατας δραστικατέρας, καὶ εἴτε ὕπως μή τὸ παρελθεῖν δέ τι πασῶν τῷ πολάσσων τότε τελεῖται ὁ τελεύτης. Διὰ χρύσεως, δέ τι πετρίς, δέ τι σίτης, διὸ ὁδοποείας.

δεῖ παρελθεῖν, καὶ τὰς λοιπάς. Idem Nicetas alio loco. Τέτω μάλιστα ὥδι τοῖς χαλ-
δαιοῖς τελεταὶ γίνονται. Θέρευση τὰς ἐλαφεστέρας
κολάσσεις καὶ βαθμὸν πατελάμβανον. Πρότερη
ἐλίμωτέν ἀντὶς ὅπι' ἡμέρας ν, εἴτε εἰς χιονα
ἔκποιησις. Id est. Huius Deicerimo-
niæ sanctissimæ obeuntur. Primum
enim per quosdam veluti gradus le-
uiores excipiunt dolores, tum aspe-
riores. In ipso probationis ingressu per
50. totos dies eos fame cruciant, dein-
de duos dies flagris cædunt, tum in
niuem 20. dies immittunt. Zonaras in
voce Mithra quiddam huic simile po-
nit. Nazianz. Oratione in Sanctalumi-
na vocat Mithræ iustum supplicium
aduersus eos qui nefarijs illis sacris
imbui non verentur. Nicetas supe-
riori loco ait impositum etiam id one-
ris ei qui initiaretur, ut fossam fode-
ret, terram aperiret, in solitudine mor-
aretur.

DE

DE CVLTV IGNIS.

CAP. V.

GNEM ad Mithræ ceremonias nonnulli referendum putant, tum quia Solem ignium, ac lumen ducem ac parentem esse dicimus, tum quia Mithram ipsum, ignis quasi reuem, ut Nicetas ait, magi esse perhibent. In quæstione autem est, à quo primum ignis ceremoniae repertæ sint. Quidam enim Perseo, alij Zoroastri ferunt acceptas. De Perseo Georgius Monachus. Εἰδίδαξε δὲ ἀντός μὲν τὴν μυστικὴν τελετὴν καὶ μαγίαν τῆς λειρομήνης μεράποντος, εἴφ. Καὶ πῦρ ἐπ τῇ σεάνῃ κατηλθεν ἐν τῇ περσίδι, ὅτε δέ Καράβας, καὶ κτίσας ιερὸν ἔθηκεν ἀντὸν ἐν αὐτῷ καλεσας τὸν ναὸν πυρὸς αἴθανάτην, κατασκιάσας δέ αὐδρας δύλαβεις διακονεῖν ἀντός, Καὶ φυλάττεν ἐπέλλωσε (lego ἐπάλλωσε) τὰς μάγυας, δέ περ ἔως ἄρπη ἐν πολλῇ πυρὶ ἔχοντες δι πέρσαμ πυρσολαβεῖσθαι. Id est, docuit Persas ipsos exsecrandas

T

ceremonias, & magiam quæ dicitur Medusæ, quo regnante ignis in Persis de cælo delapsus est, ex quo ignem alium accendens, & fanum extruens in eo rēposuit, vocauītque templum ignis immortalis, & constituens viros prudentes ut seruirent, seruarēntque ignem magos eos appellauit, quos ritus in multa dignatione habentes Persæ colunt ignem. Cedrinus Perseum eundem authorem agnoscit. Cum enim ad Silphium ingens procella cum imbribus orta esset, Perseus preces fudit, subitōque fulmen instar ignei globi delapsum est, cuius casu tempestas sedata, fluuiūsq; Orontes imbribus exundans suo alueo se clausit. Ex eo igne Perseus ignem accendit, & in regia πυρεῖον, igni facellum exstruxit, vbi sacerdotes ignem colerent. Eius verba sic habent. Χειμῶνος δὲ πολλᾶς πεσόντες, καὶ πλημμυρεῦσθες ὄρροντα ἄφνω περανιὸς ὡς σφαιρα πυρὸς ἀρανόδει κατ-

νέχθη, Εἴτε δὲ χείμων ἐπερχέτη, Εἴ τὰ ρεῖτρα
τῆς ποτάμιας ἀνείδη. Καὶ γάρ τὸ πυρὸς ἔκεινα
πῦρ αὐτάφας ὁ περσεὺς εἶχε μετ' ἑαυτῷ βασάζων,
εἴστε τὰ ἴδια βασιλεῖα ἀγαγῶν, καὶ οὐδὲν τὸ πυρὸς
κατασπουδάσας, καὶ ιερεῖς δύλαβεῖς ἀνδρας ὅπιστη-
σάρινος. Sed & Iopoli, & in omni reli-
quia ditione constituit ignem ut
Deum de cælo lapsum colere, magos
vocans ignis sacerdotes. Αὖτα μὴ καὶ ἐν
ιοπόλει, καὶ ἐν πάσῃ τῇ ὑπὲρ ἀντὶ γῆ, Εἴδες δέ
χειρανθεῖται Θεὸν σέβεσθε τὸ πῦρ ἔκεινο
θεατίσας ἐδίδαξε πυρολαβεῖν, μάγος τὸς τῆς
πυρὸς ισπεῖς καλέσας. Id ipsum Astruit
Tzetzes Chil. 1. cap. 67. indicans ab
Heraclio ignem illum extinctum esse,
qui à Perseo persis proditus sit. Sic
enim ille.

Καὶ πῦρ περσῶν κατέσβεσεν ὅπερ εἰς σέβας εἶχον
Εὐκαρπεῖς μὴ ἀναφθέντεο περσέως πάλαι
Λυχνοκαίας δὲ πυροῖς τοῖς αἱ τοξοδόχοις,
Καὶ σωρεύσοι δὲ πυροῖς μεγάλαις λαβεγράταις
Ἐπιμελῶς τρέμδρον μεχεὶ τῆς τόπου χορόν.

Et ignem Persarum extinxit qui in
cultu illis erat cum à Perseo olim ex
fulmine accensus esset, seruareturque

studiosè lampadibus , facibus alter-
nantibus & Pyris continuis magnis
violentis vsque ad Cosroem. Alij Zoroastrem igni cultum detulisse primū
omnium volunt. Is à Belo ipso duxit
originem , & in Persis clarissimus
Astronomus fuit, qui cum vouisset,
optassétque igne de cælo tangi, præcep-
pit Persis vt ossa sua post exustionem
legerent , seruarent & colerent, polli-
citus regnum Persis ereptum non iri,
quandiu ossa sua colerent. Cum igi-
tur fulmine Zoroastres in cineres re-
dactus esset, reliquias eius Persæ co-
luerunt , quibus neglectis imperio
exciderunt. Cedrinus ἐκ τῆς θρύης τῆς Βίλια
καὶ ζωγράφης ὁ περιβόλος ἐν πέρσαις ἀστροό-
μος θρύμβος ἔνεξατ τὸν πυρὸς αἴρις περιουνα-
θῆναι , καὶ ἀναλαθῆναι ἐντελάμβρος τοῖς πέρσαις
τὰ ὄστα ἀπό μὲν τῷ καῦσιν ἀναλαβεῖν καὶ φυλάτ-
τειν ἀντεῖς ἐπιμένει. Plin. lib. 30. cap. 1.
Magicam à Zoroastre in Perside ortam
scribit, quem Eudoxus sex millibus

annorum ante Platonis mortem fuisse
prodidit. Aristoteles Hermippus ab
eo vices centum millia versuum con-
dita ait, præceptorémque habuisse
Azonacem. Quidam Zoroastrem hunc
faciunt proconnesium. Suidas Ζωρά-
σπην περσού μήδην facit δις ταχτός ἡρέσατε τῷ παρ
ἀντοῖς πολιτεύσαρι μέσον μάγων. Ar-
nobius quatuor Zoroastros ponit. Pri-
mum Chaldeum, alterum Bactrianum,
tertium Pamphilum, qui & Erus
dictus, quartum Armenium Hostanis
filium, ut Clemens lib. 4. recognit.
Suidas quintum Persomedem, sextum
Proconnesium, de quo Plinius. Ita
& Lactantius lib. 2. cap. 14. & 16.
Manasses in Politicis eundem huius
cultus ignei repertorem ostendit. Sed
vide quam eruditè antiquę illius, Gal-
licæque simplicitatis author scripserit
Gregorius Turonensis lib. 1. Histor.
Franc. Primogenitus Chami fuit Chus.
Hic fuit totius artis Magicæ imbuente

Diabolo, & primus Idolatriæ reper-
tor, primisque statuunculam adoran-
dam statuit, stellas & ignem de cælo
labi magicis artibus mentiebatur. Is
ad Persas cum transisset ob id vocatus
est Zoroastres, stellam viuentem in-
terpretantur. Quam opinionem hausit
Gregorius è lib. 4. Recognit. D. Cle-
mentis, Persas genus suum ducere ab
vno ex filijs Cham monentis, qui
Mesraim dicebatur, quem post obitum
Zoroastrem, id est viuum sidus appel-
larunt. Laërtius lib. 1. initio Zoroa-
strem lingua Chaldæa ἀσπόθυμον signi-
ficare admonet. Id est, qui sacrificat
astris. Ab hoc ignem adorare docti,
ipsum igne diuinitus consumptum ut
Deum colunt. Agathias lib. 2. Persas
suæ ætatis à priscis moribus discessisse
conqueritur, usque legibus alienis
tanquam adulterinis, quas ex Zoroa-
stri Orimasdei disciplina hauserint. Is
autem Zoroaster siue Zarades Hydaspis

estate , sicuti Persæ recentiores asserunt, principatum tenuit. Dubitatur autem an Hystaspes ille Darij pater, an alias fuerit. Darij pater fuisse videtur quem Marcellin. lib. 23. ait inter Bracmanas eductum astrorum scientiæ peritissimum euasisse. Ut sit , Persas Magicis sacris imbuit Zoroastres, & varios religionum ritus induxit. Vnde sine controuertia est, ignis cultum vel à Perseo , vel à Zoroastre inventum. Persæ quidem & magi omnes Persidis accolæ cæteris elementis igne anteponunt. Ignem itaque diuidunt in duas potestates, & naturam eius ad utrumque sexum transferunt , & viri, & fœminæ simulacula substantiæ igni deputantes, mulierem quidem triformi vultu constituunt, monstrosis eam serpentibus illigantes , virum vero boum abactorem ponentes, sacra eius ad ignis transferunt potestatem, quæ in Speluncis abditis tradunt.

Verba Persica μυταζω μυσανο ὡ κλονιν
 ουωδέτε παγρὸς αγαυς, ait Firmicus Ma-
 ter c.5. Rufinus c.26.l.2. & Suidas in
 voce Canopus, rem narrant festiuā, &
 iucundam. Cum ignis à magis ut Deus
 Maximus celebraretur, quod ardore
 suo cæteros Deos consumeret, Cano-
 pi quidam sacerdos Hydrijs aqua con-
 clusa, varijsqne foraminibus subito
 erumpente magnum illum Persarum
 Deum extinxit. Erat igitur in cultu
 Persis & Babylonijis ignis, ipsi etiam
 plebeculæ, ut paret ex eleganti & falso
 illo Epigrammate lib. 3. Anthol. ubi
 Persa quidam Plebeius libentius se
 vitam suam, quam ignem violaturum
 ostendit.

— πῦρ δὲ μῆτρα

Ημῖν τῇ χαλεπῇ πηρόπερν θαύάτῃ.

Non ignem modo, sed & omnia quæ
 ignis speciē præse ferunt coluerunt, ait
 Eustath. in Dionys. de situ orbis. πάντες
 πυρειδη σέβεσι, vnde & Pyropo quasi

flammas emitenti honorē habuerunt, authore Strabone lib. 15. quem neque ad mortuum admouebant, non magis quam ignem ipsum. Inde nata erat illa supersticio, ut ijs nihil denegaretur qui ignem in fluuium detulissent, & ni voti compotes fierent, ignem se mersuros aqua minarentur. Quem morrem sic explicat Pluth. de primo frigido in Persis. οὐδὲν ἀπεργίτην εἰ πῦρ λαβὼν ὁ ἀπεργίτης, ταὶς δὲ πολλαῖς βεβηκὼς ἀπειλέσθη μὴ τυχὼν τὸ πῦρ εἰς τὸ ἔδαφος αφίσθη. Εἴ τοι γάρ τοῦτο ἐδεῖτο, τυχὼν δὲ ἐπολάζεται. Non autem à plebecula tantum, sed maximè à regibus colebatur ignis in ædibus ad eam rem sancte comparatis, idque quotidiè ait Theodoret. lib. 5. histor. Πέρσαι τὸ πῦρ σέβεσθαι, καὶ ἐώθει βασιλέως δικαιονομίαν τοντονεῖν, postea vocat πῦρ ἄσβετον, ignem inexistentem. Aedes ex dictæ πυρεῖα, & πυρὸς τεμένη. Theodoret. lib. 5. Ecclesiast. hist. Πυρεῖα οὐκ εκλεγονται

ἐμένοι τῇ πυρὸς τὰς ράτες. In πυρίῳ ignem
 seruabant ad vaticinationes , quem eo
 loco habuerunt quo Romani Vestam,
 ait Procop. lib. 2. belli Persici. Sicut
 ergo à vesta & Iano sacra omnia Ro-
 mani auspicabantur , ita & Persæ ab
 igne. Zonaras in Heraclio qui templa
 ignis aliquot euertit. Τὰ τεμένη τῇ πυρὸς
 ἀντὶς ἐκένω τεπιμημένῳ παρ' ἀντίσις διέφερε.
 Diacon. lib. 18. in vrbe Thebarne
 templum erat ignis , atque pecuniæ
 Erisilidorum regis, & error prunarum.
 Heraclius templum ignis combussit.
 Gazæ. Cedrinus in Heraclio γάζα
 ἦν πόλις εἰς ἣν ὑπῆρχεν ὁ ναὸς τῷ πυρὸς , καὶ ἦν πλάνη
 τῷ αἰδεγίνῳ. Id est, in vrbe Gaza tem-
 plum erat ignis , & error prunarum.
 Cuicunque Deo Persæ sacrificarent,
 primo igni vota nuncupabant & pre-
 cabantur ait Strabo lib. 15. Οὐτῷ δὲ αὐτῷ
 θύσωσι Θεῷ , πρώτῳ τῷ πυρὶ δέχονται. Alia
 fuerunt πρεσβύτεροι , & πρεσβύτεροι qui è nu-
 mero magorum in Cappadocia ignem

colunt, & non cultro, sed stipite quodam hostiam mactant tanquam malleo verberantes. ἐσὶ δὲ καὶ πρεγιδεῖα σπινού πυρες ἀξιολόγου, in quorum medio ara est, in qua magi & cinerem multum & ignem perennem seruant, & eo cottidiè ingressi imprecations faciunt, per horam ante ignem virgarum fasciculum tenentes, πάρες θεωρείμδροι πλωτὰς καθηκοντας ἐκατέφερεν μεχρὶ τὰς καλύπτειν τὰς χεῖλα, εἰς τὰς προσγνωμίδας. Id est, tiaris operti ex lana densa utrinque demissis, ut labia & genas tegant. Igni mactari solitos equos docet Iulian. in hymno solis, cui quoties facerent ei pabulum præbebant, dicebantque ignis Domine comedere. Indicat Maxim. Tyrius serm. 39. Θύσαι πέρσαγ πνεὺς θηροφόρωντες ἀντεψήσητεν πυρὸς θορὸν θηλέωντες, πῦρ δέσποτα ἔστι. Strabo lib. 15. Persæ cum igni sacra faciunt, ei pabulum arida lingua sublato cortice proponentes aruina super iniecta, tum infuso oleo



succendunt non inspirantes, sed ventilantes. Τές δὲ φυσικάς, ή νερπὸν θητούς πορθέντας ή βόλβιτον θαυμάτων. id est, eos qui flarint, aut cadauera in ignem inicerrint, aut sterquilinium & simum capite mulctant. Laerti.lib. 1.initio. Μάγοις ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πνεὺς θάντειν, nefas igne sepelire. Darius milites suos ad prælium verbis incendens per patrios Deos, & ternūmque ignem qui præfertur altaribus obtestatur. Curtius lib. 4. Nam & regibus ignem præferebant in foculis. lib. 8. Xenophon. Περὶ θητῶν αὐτὸς ἐπ' ἐχάρες μογάλης αὐδρες ἔποιτε φερετες. Ignem, ait, pone eum in gentibus focus ferebant sequebanturque. Curtius lib. 4. Ignem & ternum vocat. Strab. lib. 15. ἄσθεσον. Socrates lib. 7. Histo. οἰνονές καύουσιν. Claudian. lib. 1. de laudib. Stilic. penetralibus ignem sacratum rapuere adytis, quem Agathias lib. 2. Perpetuum ait à magis seruari. Ammian.

Marcel. l. 23. Feruntque etiam ignem
cælitus lapsum apud se sempiternis
foculis custodiri , cuius portionem
exiguam vt faustam præisse quondam
Asiaticis regibus dicunt. In ea igitur
religione ignis fuit, vt eum quasi du-
cem & præsidem in prælia ferrent.
Quem ritum belle exponit Q. Curtius.
Cum in prælum exeundum esset
super tabernaculum vnde ab omnibus
conspici posset imago Solis Cristallo
inclusa fulgebat. Ignis sacer & æter-
nus argenteis altaribus præferebatur.
Magi proximi patrium carmen cane-
bant. Inter impedimenta regia fere-
batur sacer ignis cum agmen procede-
ret , ait Euagrius lib. 5. Historiæ. Τα
σούσοφόραι τῇ ζώων σωὶς ἐπιτοῖς φορπίοις φέρου,
ἐν οἷς ἐτῇ χορός σεβαστὸν πῦρ. Ea religio
cum ignis esset, mirum non est si sa-
crum illum & æternum ignem ne ex-
tingueretur sedulo curarent. Moris
tamen fuit vt extingueretur morte.

regum, Diodoro teste lib. 17. Πᾶσι δὲ
τοῖς καὶ τὸν ἀσίαν δικῆσι περιστάξε τὸ φέρε
τοῖς πέρσαις ἱερὸν πῦρ καλέμδυον θημελῶς
σβέσαμε ὁ Αἰλέξανδρος, μεχεὶ ἀν τελέση τὸν ἀ-
φορέαν τὴν ἡφαισίωνος. Τοῦτο δὲ εἰώθασι οἱ πέρσαι
ποιεῖν καὶ τὰς τὴν βασιλέων τελευτάς. Asia-
ticis omnibus Alexander imperauit
ut diligenter extinguerent sacrum
ignem qui Persis in cultu, est donec
extulisset Hephaestionem. Hoc autem
solent Persæ in obitu regum. Non au-
tem Soli Persæ, sed omnis pene Ásia,
Macedones quoque & Sauromatæ
ignem coluere. Clemens protrep.
Πέρσων δὲ οἱ μάγοι τὸ πῦρ τεπιήκασι, Εἰ τὴν
τὴν ἀσίαν κατικέντων πόλεις, περὶ δὲ Εἶ Μακε-
δόνες Εἴ σανεματάτη. Duo simulacra Deo-
rum magi statuebant cum sub dio-
sacris operarentur, ignem, & aquam.
Clemens ibidem. Μάγος θύειν ἐν ἵπαι-
θεῷ Θεῶν ἀγάλματα μόνα τὸ πῦρ Εἴ ἴδωρ
τομίζοντες. Minus autem mirum Barba-
ros ignem coluisse, cum & Stoici

Deum ignem putarint, ait August.
lib. de Ciuit. Dei.

DE ALIIS PERSA- rum Dijs.

C A P. VI.

 VÆ ratio mouit Assyrios & Persas, vt Solem, & ignē de cælo lapsum eximiè præ alijscolerent, eadem impulit eos, vt Lunæ, stellisque honorem haberent, vtilitas puto, vel voluptas, quæ ex illis ignibus in homines deriuatur. Hinc illud est Corippi ad Iusti.

*Ille etiam Solis qui se subiectat amicūm,
Ardua suspiciens minuentis cornua lunæ,
Noctiugosq; colens astrorum consulit ignes.*

Epiphanius libro tertio hæreseum, pag. 460. Παρὰ πέρσαις μαγοῖσιν καλέμδροι, οἱ εἰδῶλα μὲν βδελυτόμδροι, εἰδώλοις τε καρποφέντες, πνεῖ καὶ σελήνη, καὶ ἥλιος. Apud

Persas Magusæi idola detestantur, & tamen idola colunt, ignem, Solem, Lunam. Strabo lib. 15. Persæ cælū Iouem putant, colunt Solem quem Mithram vocant, Item Lunam & Venerem, & tellurem, & ventos, & aquam. Herodot. lib. 1. Ioui, inquit, in altissima montium ascendentibus faciunt, cæli ambitum omnem Iouem appellantes, sacrificantque Soli, Lunæ, terræ, igni, aquæ, ventis. Διὸς δὲ τὰ οὐρανότατα τῷ
 ὅρεων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδουσι, τὸν κύκλον πάντα τῷ ὅρεῳ δία καλέοντες. Θύσοι δὲ ἡλίῳ,
 σελήνῃ, γῇ, πνεῖ, ὕδατι, ἀνέμοισι. Xenoph. lib. 3. Cyri παιδ. καὶ γῆν ιλάσκετο χαῖς.
 Cyrus terram libationibus placabat. Ipsi etiam Philosophi has ineptias amplexi sunt. Tertul. lib. 1. in Marcionem, Thales aquam Deum dixit, Heraclitus ignem, Strato cælum, & ætherem, Plato sidera, quæ colunt & Persarum magi, & Ægyptiorum Hierophantæ, & Indorum Gymnosophistæ.

Cum

Cum tamen ex æquo Luna cum Sole
culta sit, aut Sol ipse religiosius quam
Luna, mirum videri possit quod legi-
tur apud Curtium lib. 5. Cum Luna
defecisset ad Arbelam vates Ægyptij
responderunt Alexandro, Solem Græ-
corum esse, Lunam Persarum, cuius
defectione Persæ semper victi sunt.
Et certè Aristophanes ipse in pace
Solem ait cum Luna consilia aduer-
sus Græciam pro Persis contulisse,
quod religiosè ab illis colerentur.
Eius verba sic habent.

H' γδ σελήνη καὶ ὁ παντρχος ἥλιος

H' μῆν θηβαλδυσι πολὺν ἥδη χρόνον

Τοῖς βαρβάροις φερείσθοι τὸν ἐλάττα.

τέτοιες δέ

Oι βάρβαροι θύσοι.

Id est, Luna, & veterator Sol nobis
iam diu insidiantur, & Barbaris Græ-
ciam produnt. Deinde subiungat. His
enim Barbari sacrificant. Vbi & sco-
liaestes, Barbari Solem & Lunam cæte-
ris Dijs religiosius colunt. Διὰ τέσσερας

τὸν δῆλον. Εἰ τὸν ἔφεσον καὶ μελυμήνατο. Οὐ μὴ
 τὸν ἡλιος ἀπόλλων ἐνενόμισο, οὐδὲ ἄρτεμις σελήνη,
 id est, ideo non euertunt Delum &
 Ephesum, Sol enim Apollo, Luna
 dicitur Diana. Cic. i. in Verrem Per-
 fas Delio templo pepercisse ait, ob
 loci sanctitatem. Et Alexander ipse
 quasi iam in Persicum morem transi-
 sisset, in defectione Lunæ dicitur sa-
 crificasse Lunæ, Soli, & terræ. Arrian.
 lib. 3. de Alex. Καὶ τῆς σελήνης τὸ πολὺ^ν
 ἐκλειπτὸς ἐγένετο. Καὶ Αἰτεῖσαν δρός ἐθνες τῆς σε-
 λήνης, Εἴ τῷ ἡλίῳ, Εἴ τῇ γῇ. Ipsa etiam ele-
 menta, ut ostendimus, Persæ in Dijs
 numerarunt. Theodoret.lib.5.Histor.
 Ecclesiast. Μάγοις τὰ συρχεῖα θεοποιίας.
 Strabo lib. 15. Γῆν καὶ αἰγαίους, Εἴδωροι εἴσοι.
 Quod idem astruit Herodot. lib. 1.
 Θύεσι γῇ, πνεύ, οὐδαν, ἀνέμοισι. Artoxerxes
 apud Pluth. manu terram tangit Iuno-
 nem adorans. Diogen. Laërt. lib. 1.
 Proem. Magi putant Deos ignem, ter-
 ram, & aquam. Aërem enim Iouis

nomine adorant. Terræ quoque ma-
ctatas hostias indicat Xenoph. lib. 8.
Κίρις παιδ. De aqua res illustrior est &
testatior, quam ex lib. 3. Græcorum
Epigram. tit. Eīs δέλες, recognosces.

Εὐφράτην μὴ κατε φιλάντυμε, μηδὲ μή της
Πῦρ ἐπ' ἔμοι. Πέρος εἶμι, Εἰ σὺ πατέσῃς.
Πέρος ἀνθιγρύνης. Ναὶ δίκαιοσι. Πῦρ δὲ μῆνα
Η' μῦν τῷ χαλεπῷ πικρότερῳ θανάτῳ.
Α' λλὰ τελείλας με δίδε χθονί, Μήδ' έπι' νεκρῷ
Λεγεαχέντ. Σέβομαι δίκαιον καὶ πόθαμός.

Id est, Euphratem ne crema Philomy-
me, neque polluas ignem super me.
Persa sum à parentibus. An Persa es
indigena? Sum Domine. Ignem au-
tem polluere nobis ipsa morte acer-
bius est. Sed inuoluens me manda ter-
ræ. Neque super mortuum lauacra
fundas. Colo Domine etiam fluios.
Agathias lib. 2. Persæ venerantur
aquam usque adeo ut illa vultum non
abluant, nec eam illa ratione attin-
gant, vel potionis causa, vel ut arbo-
res irrigent. Ad lacum vel flumen, vel

fontē euntes cum aquæ facere volunt
 scrobem fodiunt, ibique hostiam iu-
 gulant, cauēntque ne proxima aqua
 sanguine continguatur, sic enim om-
 nia pollutum iri putant, ait Strabo
 lib. 15. Aquam igitur & colebant, &
 Susis in arce Imperij è Nilo Danubiō-
 que petitam reges inter thesauros po-
 nere soliti erant, quasi quod in imperio
 maximum esset, illud firmissime stabi-
 liren. Pluth. in vita Alexandri, ὅτῳ
 ἀπό τῆς νείλου, καὶ οἱ σπέρματα τοῦ γάζαν ἀποθέωσε
 ταῖς βασιλεῖς, οἷον ἐπιβεβαιώμενος τὸ μέγιστον
 τῆς ἀρχῆς. Quo factum ut in fluum
 Persæ nec immeierent, nec lauarent,
 nec abluerent, nec cadauer injice-
 rent. Strabo lib. 15. Eis δὲ ποταμὸν οὐτ'
 θρῆσι ζῆτε νηπτοταγή, ζῆτε λάθοταγή, οὐδὲ νεκρὸν ἐπι-
 βάλλεσι, οὐδὲ ἄλλα τέλος δοκέντων εἶναι μυσταχά.
 Agath. lib. 2. Arnob. lib. 6. & Herodot. lib. 1. Hoc idem asserunt. Inde
 est quod Tiridates Euphratem traie-
 cturus placando numini equum ad or-

nauit, ait Tacit. lib. 5. Annal. cum
hic more Romano suoueraurilia da-
ret, Persa equum placando numini
adornasset: quanquam apud omnes
penè gentes receptum, ut Neptuno,
mari, & fluuijs equi immolarentur.
Appian. pag. 140. Καὶ ποσειδῶν λέπτων
ἴππων ἄρμα καθέλεις τὸ πέλαγος, id est &
Neptuno currum equorum candido-
rum in mare mittens. Homer. Iliad. Φ.
Ζώνες δὲ εἰ δίηνοι κατέτει μάνυχας ίππων,
id est, viuos autem in fluctus mittite
cornipedes equos. Plinius tamen l.30.
c. 11. de Tiridate loquens, ait eum
cum ad Neronem venit nauigare
noluisse, quoniam exspuere in maria,
aliisque mortalium necessitatibus vio-
lare naturam eam fas non putant. Si-
don. in Panegyr. Babylonij aquam
& ignem in cultu fuisse, sicuti &
Persis ostendit, quæ ad iusurandum
vsurpari solita essent. Vbi enim dixerat
Quaque Draconigenæ portas nō clauerat hosti.

Subiunxit de Babylonij loquens,
Iuratur ab illis ignis & vnda Deus.

Herodot. l. 3. Θεος βασιλης θηραλεων.
Alios præterea Deos habuerūt Persæ,
Oromasdem , Mesoromasdem , siue
Orimasdem, seu vt Stobæus Orimag-
dan , Omanum , Baltazarem , Arima-
nem , Adonin , Animinem , Heroas ,
Alexandrum , Reges etiam suos diui-
nis honoribus prosecuti sunt. Et qui-
dem Persæ magnam partem cum Ma-
nichæis conueniebant , in eo potissi-
mum quod duo illi & prima inducunt
principia, alterum bonum, rerum om-
nium opificem, quem Orimasdem , al-
terum malum & perniciale , quem
Arimanem appellant. Festum autem
omnium apud se celeberrimum, quem
vitiorum interitum vocant, quotannis
agitare solēt, in quo serpentes, aliásq;
que feras, & solitarias animantes in-
terficiunt, & magis offerunt, quasi pie-
tatis egregium argumentum narrante

Agathia. Herodot.l.1. Serpentes, formicas, omniaque reptilia & volucria à magis occidi, ait, exceptis cane & homine. Hac illi ratione se bonorum authori Deo pulcherrime operari putant, Arimani verò negotium exhibere, ait Agathias l. 2. August. le 5. de ciuit. Dei. c. 21. Idem penè de duobus illis principijs ponit. A Persis solos duos Deos coli, vnum bonum, alterum malum continent litteræ istorum. Sunt illa duo principia de quibus Terbinthus, seu Buddas hereticus cum Mithræ ædituis fabulatus est apud Epiphanium hæres. 66. ἀς δὲ καὶ
ἀντὸς θιαλεγόμενος ἐν τῇ προών γέρα καταχθεῖς
πορεύεται πνα γέραν, Εἰς τὴν μίθρα τεκνόεργις
τῷ καὶ ιεροῦ στὸν οἰδάλον, προφήτῃ πνὶ πάρνω, καὶ
λαβεδάκη συζητῶντας τοὺς δύο ἀρχῶν. Ut &
Buddas cum in persidem venisset, lo-
quitus cum anicula vidua, & Mithræ
ædituis ac sacerdotibus idoli, cum
de duobus principijs quæsiuisset ex

Parco Propheta & Labdaco. Hic Bud-
das Mani & Manichæis viam hærefeos
muniuit. August. l. i. contra Mani-
chæos. Illud vero inquit, quo modo
sit, ut nec Deus malum genuerit aut
fecerit, nec vlla sit, fueritue natura
quam non Deus fecerit, nescio quæ
fabella Persica est. Pluth. l. de Isi, &
Osiri ait Zoroastrem induxisse duos
Deos, ἀντίχυσες, quorum alter bona,
alter mala ficeret. Bonum quidem
vocabat Orōmazem, seu Oromasdem,
Malūm autem Arimaniū. Inter vtrosq;
medium Mithram, qui & Persis μετίης
dicitur. Orimazum alij vocant Ori-
magdam. Arimanem Hesychius αἰδηνή,
seu ditem patrem Persis esse tradit.
Arimanes apud Pluth. in Alexand.
dicitur ποιησός δαιμών περσῶν. Ab hoc pre-
catum Xerxem ait I luth. in Themist.
vt eam mentem hostibus suis iniiceret,
ut ad se transfugerent. Erat enim Ari-
manes Deus δπολεγμαῖος, & auerruncus,

cui furuas hostias mactatas, Orimasdo contra albas indicat Pluth. lib. de Isi & Osiri. Arimani herbam Omomi dictam in mortario tundebant Magi, Ditem inuocates, & tenebras, miscentesque lupi jugulati sanguinem in locū tenebricosum abijciebant. Addit Pluth. ex stirpibus & animantibus, alias τε ἀγαθές Θεοί, alias τε πανεμόρφους θεοί. Agathias lib. 2. ipsum Zoroastrem Orimasdeum vocat, ut opinor, quod duos illos Deos aduersarios sibi inuicem opposuerit. Mesoromasdes dicitur à Pluth. in Alexandri fortuna. Plato in Alcib. 1. μαγείαντε διδάσκει τὸν ζωγράφον τε ὁρμάζει. Pluth. in Alexander vocat eum Dominū Orimasdem, qui lucem è tenebris, res lātas è tristibus faciat. Sic enim ille τὸ σὸν ὄρεῖν φῶς ὁ πάλιν αὐτάλαυψει ὁ κύειος ὁρμάσθης. Laertius in proxmio lib. 1. Bonum dæmonem à magis Iouem dici, & Orimasdem, malum genium Ditem & Ari-

manem, Agathias bonum genium vocari à magis Deum, seu Creatorem. Haud scio an Orimasdes ille fuerit Omanus, cuius τὸ ξάνθον πομπόν, id est, simulacrum in pompa duci, cique templa exstrui à Persis memorat Strabo lib. II. & cum Anaitide coniungi. Postea enim Omanum & Anandratum Persicos Deos vocat, οὐαβάννης τῆς ασαινδος. Quid si Omanus ille sit Hamononim qui sæpe in sacris litteris usurpatur, cum de excelsis, & νεραὶ Σείοις agitur. Illud autem de genio bono & malo, déque Dijs auerruncis non Persis singulare, sed gentibus penè omnibns commune fuit, vt homini quamprimum natus est, bonum malumque genium vitæ perpetuum comitem assignarent, vt Seruius ad illud Sexti Æneid.

*Quisque suos patimur manes —
Bonum genium, inquit, & malum
intelligit. Et Orpheus in Δῃ.*

Δαιμονά τὸν ἡγάθεον, καὶ Δαιμονα πάντα θυμῶν.
 Sed Persæ Deos illos duo rerum omnium principia, ut & Manichæi esse volebant. Baltazar quoque inter Deos à Persis censemur, & Babylonijis, ait Chrysosth. serm. 26. in Epist. ad Hebr.
 τὸν δαίμονα καὶ Βαλτασῖρ ἐπάλισεν, τὸ Θεῖον αὐτὸς τύπομα. Οὕτως γέδει θαῦμα τὸν δινῆντα αὐτὸν τὸν Θεῖον, ὅπερε τὸν αἰχμαλωτὸν θητὸν ἐπάλει. Daniel vocavit Baltazarem, ei nomen Dei sui impertiens. Usque adeo flocci fecere Deos suos, ut captiuis eorum nomina inderent. Fuit & Adonis in eorum religione, à quibus ἀβωβάς dictus est, ut docet Hesychius. Agathias Persis Deum quendam attribuit qui dicitur Animines. Idem Alexandrum victorem diuinis honoribus affecerunt. Theocrit. idil. 17. Αἰξανδρός πέρσαις βαρὺς Θεὸς αἰολόμυντος. Natum id esse puto ex illa consuetudine quae reges ipsi se pro Diis haberi voluerunt, non modo post obitum, sed &

viui, cum salutari eos nisi cum adoratione fas non esset. Cedrinus in Heraclio, Cosrois, inquit, simulacrum in palatio veluti sedentis eminebat, circumque Solem & Lunam & Stellas & Angelos sceptriferos constituerat. Καὶ τὸν τέλον ἡλιον καὶ σελήνην ἐπίστρατον
ἀγγέλων συνπερφόρες. Eo respexit auctor Panegyrici ad Theodos. Rex Persidis (inquit) te in his colit templis, imperator, in quibus ipse colitur, gemmis sericisque præbendo, ad hoc triumphalibus bellicis in tua effeda suggerendis. Cyrillus ad Alipium ait reges Babylonios se pro Dijs coli voluisse, numinisque opinionem venatos. Unde apud Callisthenem in vita Alexandri Darius iurat, ὅμως οὐδε πάτερ μένεσθαι, οὐδὲ μὴ πατέειν. Quasi pater eius Deus esset. Quanquam scio etiam alias gentes per parentum suorum capita iurasse. Habuerunt & Persæ suos Herroas quos Artæos appellantur. Nam

& iusti à magis vocantur ἀρτάδες ait Hesych. Certè Artæi Herodoto lib. I. dicuntur Medi ob virtutem. Xenoph. lib. 8. ἐπειτα δὲ ἡγῶσι τοῖς συεῖσιν ἔχεσι, quibus & iusta soluisse, inferiásq; misisse magos ait Herod. I. 7. Χοᾶς δὲ ὁ μάγος τῶν ἡγῶν ἔχειν. Xenoph. lib. 3. Cyri pæd. ἐκεῖ αὐτὸν οὐτις γῆρας ιλάσκεται χραῖς, οὐδὲ Θεοὺς θύσιας, οὐδὲ φράσις ἀσυγίας διηνέθεται δέμενίζεται. De templis autem, & simulacris Deorum, an in Persis ab initio fuerint video in controuersiam vocari. Herodot. quidem lib. I. Persas nulla Deorum simulacra, templo-ve struere monet, quod humana forma Deos esse negent. Ioui autem in altissima montium ascendentibus faciunt. Οὐ ποιεῖσθαι ἀγάλματα οὐτε τε, οὐδὲ αὐτοφορέας νομίζεσθαι Θεάς. Persæ non faciunt simulacra aut templo, nec Deos humana forma esse putant; damnant eos qui dicunt Deos esse mares aut fœminas. Laërtius initio lib. I. Καταγινώσκειν μάλιστα τὴν λεγόν-

τον ἀπέρας τῇ Θεῖς, η Ἐπλέισας. Item Strabo lib. 13. in proemio μάγις τῷ ξοάνῳ καταγιώσκειν. Diodor. Sicul.lib. 6. Æschyl. in Persis οἱ γῆν μολόντες ἐλάσσας οὐ Θεῶν βρέπη ἀδύντη συλλαν, εἰδὲ πιεσθάνατο νεώς. Qui cum in Græciam venissent non veriti sunt Deorum simulacra spoliare, & templaque vrere. Isocrates in Panegyrico sub finem Iones diris eius caput deuouisse ait, qui templo incendio à Persis vastata restitueret, ut monumenta eorum αἰτεῖσας ad æternitatem fixa manerent. Pausan. in Phocicis idem asseuerat. Lycurgus orat. in Leocratem Diodo. Sicul. l. ii. Origenes in Cels. lib. i. negant Dijs Persæ imagines & facella facienda. Et l. 7. non ferunt templo, aras, & statuas inspicere. Ne Scythæ quidem, & Numidæ, & Seres impij. Clemens protrept. priusquam Anaitidis Veneris statuam erexit Artaxerxes, non colebant Persæ simulacra hominis specie, sed aquam modo

& ignem. Ipse Cic. lib. 2. de legibus à Xerxe Græcorum euersa delubra ait, quod Deum qui capi non posset tectis includerent. Quæ si vera sunt cur à Strabone lib. 11. & alijs ponuntur in Perside templo Omanī, Anaitidis & Mineruæ, vbi reges inaugurarī moris fuisse supra docuimus. Suidas in voce Datis. ὁδὲ ᾧ πάτερ τάχεια ἐπέλαυψεν Σητησιν ἐποίεε τῷ μὲν τεῶτι. Εὐρεῖν δὲ τὸν φοινίασην ἄγαλμα αἰτόλλωνος καὶ γυναικῶν ἐπυνθάνετο ὅπόθεν εἴη σεουλωμένον. Πιθόμενος δὲ ὃλοῦ διῆν ἦν ἱερῷ ἐπαύτῃ ἑαυτῇ τῇ ἵστι ἵστι δῆλον, Καταπίδηται εἰς τὸ ἱερὸν τὸ ἄγαλμα. Dices fortè ex Clem. Alessandro. Artoxerxem primum omniū templo, & simulacra condidisse. At video multis annis ante Cyrum ipsum Babylone Beli templo, & simulacra fuisse. Nabuchodonosorem simulacrum illud aureum posuisse Herodot. lib. 1. non inficiatur. Εἴ τι δὲ τὰς τὸν Βαβυλῶνι, ἰρᾶ, καὶ ἄλλος κάτω τηδεῖ, ἔνθα ἄγαλμα μέγα τὰς διδος χρύσων. Est, inquit, in templo

Babylone fanum aliud inferius & subterraneum, vbi simulacrum ingens Iouis cernitur. In Perside ante Artoxerxem simulacra fuisse conjicio, quod Chettæi Persæ, cum Iudæis Babylonē deportatis, in Iudæam coloni transmissi essent, quinque Deos è Perside secum abstulerunt, postea tamen peste vexati, cladibūsque ac leonibus, Deum Iudæorum amplexi sunt, & Samaræi vocati, ait Ioseph. lib. 9. antiquit. cap. 14. Si Persis odio fuere templo & simulacra, cur Cyrus, Darius, & Xerxes templum Hierosolimitanum extrui præcipiunt, lib. 11. Antiqui. Ioseph. cap. 2. Herodotus lib. 5. ait Persas Græcorum templo euertisse quod Athenienses Sardibus ignes intulissent, vnāque templum Cybeles incendissent. Apud Xenoph. lib. 8. παυδεῖ. Cyrus in templo sacrificat. Εἶπεν δὲ αὐτὸν τὸ τέλος τὰ τεύχη ἔθυσε τῷ διὶ. Vbi ad fana venerunt Ioui immolarunt. Post Artoxer-

Artoxerxis ætatem templa & simula-
cra fuisse non dubito, teste Q. Curtio l. 3. vtrunque currus latus Deo-
rum simulacra ex auro argentoque ex-
pressa decorabant, è iugo eminebant
simulacra pacis & belli. Antiqui Per-
sæ sicuti templa non ergebant, ait
ait Strabo lib. 15. ita neque aras, in
Pyræthæis tamen aras fuisse supra
ostendimus ex eodem Strabone, ad
quas magi sacrificarent. Et Pausanias
in Eliacis aras adhiberi ait in Persicis
sacrís. Sed fortè mos inoleuit post
Artoxerxen. Ammian. lib. 23. & aras
agnoscit, & magos libamina defun-
dere solitos, antequam res diuina fie-
ret. Quas cum per initia respuerent,
in edita montium ascendebant, ubi
sine templo, sine simulacro, sine aris,
& altaribus Ioui, Soli, cæterisque
Deis immolabant. Xenoph. lib. 8.
Παγδ. οὐθὲν διν λαβῶν ιερεῖα τὸ θυεῖται παρέωθε,
καὶ ἕλιον, καὶ τοῖς ἄλλοις Θεοῖς ἐπὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ.

πέρσας θύσοι, ὡδὲ ἐπελχόμενος, Ζδῦ παῖδες
ἵλιε. Id est, statim igitur accipiens vi-
ctimas immolauit Ioui patrio, & Soli,
& alijs Deis in iugis montium vt Persæ
sacrificant, sic precatus, Iuppiter pa-
trite, & Sol. Clemens Alexand. in pro-
trept. θύειν ἐν ὑπαιθῷ τάττες ὁ δίνων λέγει.
Sub Dio eos sacrificare Dino ait. Ar-
menia, Cappadocia, atque adeò to-
tus penè Oriens Persarum institu-
ta, religionesque tenebant. Imò
etiam ipsi Iudæi cum à Roboamo ad
Ieroboamum decem tribus transiissent,
& in principem urbem ad sacrificia
pergere nollent, in iugis montium
Deo victimas immolabant. Nam &
ipse Elias 3. Reg. in iugis montium
Deo rem diuinam fecit, sed non sine
altari. Apud Appian. Mithridates in
Cappadocia Ioui militari fecit patrio
ritu in edito monte, vt infra indicabi-
mus. Sunt illa excelsa & περιστεῖα de
quibus in sacris litteris, & Strab. l. 5.

Θόγοι δὲ ἐν ἴψηλῷ τόπῳ. Id est, sacrificant in loco excelso. Vnde Celsus apud Origen. lib. 5. in Celsum, dicebat Persas ritu Iudeorum in montibus editis Ioui sacra facere. Herodot. lib. 1. Οἱ δὲ νομίζοι πᾶν μὴ ὅπερ τὰ ἴψηλά ταῦτα τὸν ωρέων αὐταιρέσθαις θυσίας ἔρδειν. Solent ait, in editissima montium ascendentibus Ioui facere. De libatione Xenoph. πανδ. lib. 3. Καὶ γὰρ ἵλασκετο χρῆσις, & alibi sēpe notamus. lib. 7. ἀπαρξάμφυος, καὶ στείσας, καὶ δέξαμφυος ἔπειτα. Cum primitias obtulisset, & libasset, & precatus esset bibit. habebántque reges sacram mensam è qua libarent, ait Curtius lib. 5. Ut Romani è mensa libabant, & μηρῷν κρέας in patella Dijs dabant. Dijs autem omnibus ita res diuina fit, authore Herodot. lib. 1. Nec aras excitant, nec ignem sacra facturi, non libatione utuntur, non tibia, non vittis, non mola falsa. In locum purum ut quisque Diuis facere instituit, deducit

victimam, Deumque inuocat, Tiaram
Myrtheo ramo deuinctam habens, ipse
sibi priuatim nihil Deos rogat, sed ut
omnibus Persis, maximèque regi be-
nè eueniat à Dijs flagitat: cum in par-
tes ac prosecta victimā dissecuerit, car-
nes coxerit, in trifolio vel alia herba
mollissima collocat ablegmina. quo
tempore prosicias illas disponit, vir
Magus, ἐπαρίστης Θεογονίην, οἵην δὴ εὐεῖνοι
λέγουσι τῇ πόνησι θεομορφήν. Αὐτὸς γὰρ δὴ μάγος εἰ
σφινόμος θεοθυσίας ποιεῖσθαι, id est, Deorum
fatum & generationem accinit, quam
illi dicunt esse imprecationem, & ma-
gicum carmen. Sine mago enim nefas
ijs est sacra facere, quibus qui opera-
tus est, paulum moratus carnes aufert,
& in eos usus confert quos ratio sua-
serit. Interdum tamen Persæ facie-
bant οἰλοκάυπιστον παύεσσον ut Xenoph. l. 8.
καθαρὸν τόπον vocat, ubi nihil esset for-
dium, & inquinamenti, qui non atta-
ctu cadaueris pollutus esset. Ita &

Strabo lib. 15. Θύσι δὲ ἐν νεαρῷ τόπῳ.
Latini ipsi purum locum appellarunt,
qui inanis ac vacuus esset non tantum
à spurcijs, sed etiam ab hominum
frequentia. Horat. lib. 2. epist. 2.

Purae sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstat.

Et Varro lib. 4. de lingua Lat. loca in
vrbe pura dicuntur areæ, vbi ædificia
nondum exstructa. Xenoph. lib. 8.
Κύρος παιδ. Sacrificium Soli, cæterisque
Dijs à Magis paratum exponit. vbi re-
giæ fores apertæ sunt, ait, quatuor exi-
mij boues Ioui, cæterisq; quibus magi
procurationē decreuerant, educuntur.

Πόλλω γὰρ οἰοταγοί πέρους χεῖνας τοῖς ὁδοῖς τὰς Θεάς
μάνναν τεχί-ταις χεῖνας, ή ὁδοὶ τὸ ἄλλα. Putant
enim Persæ artificibus longè studiosius
vtendum in cultu Deorum quam in
rebus alijs. Inde ducti sunt equi Soli
immolandi. Tum Taurus albus aureo
iugo coronatus Ioui facer, mox albus
folis currus coronatus. Demum cur-
rus tertius cuius equi puniceis stragu-

lis tecti erant , virique sequebantur
 ignem foculo maiori gerentes, πῦρ ἐπὶ^{τὸν}
 ἔχασας μεγάλης φέροντες. Sacrificant igitur
 Persæ in loco puro vota præcésque
 concipientes , & victimam corona-
 tam præsto statuentes ait Strabo l. 15.
 Vbi magus qui sacrificijs est minister,
 carnes minutatim distribuit , sua quis-
 que parte accepta abeunt , nulla parte
 Dijs relicta. Dicunt enim Deum nihil
 velle nisi hostiæ animam. Eustat. in
 lib. 1. Iliad. verba ipsa Strabonis ha-
 bet , λέγοντες τῆς Φυχῆς τῷ ιερεῖς δεῖδες τὸν
 Θεὸν ἀλλὰ δὲ γέδεινός. Quidam etiam omen-
 ti partem igni imponunt ait Strabo ,
 qui ἐπεμβάντος ιερεῖον ωδῆσσίσας docet .
 Xenoph. etiam ipsos currus corona-
 tos , & Herodot. lib. 1. Εὐεφανωμένος τῷ
 πάρεν μυρσίῃ μάλιστα . Xenoph. lib. 3.
 Cyræpod. κύρες μὴν ἐπεφανωμένος ἔθνε.
 Fuit enim in more apud omnes penè
 gentes ut coronæ in sacrificijs adhibe-
 rentur Aristoph. in equitibus.

Στεφάνος καὶ περιδέ τῷ κοστούμῳ.

Id est, coronare, & liba Coalemo. Plin. lib. 21. cap. 1. Inter sacra tantum & bellicos honores coronis suum retinentibus nomen. Persæ autem ubi sacris perfuncti essent, plerunque choreas eodem in loco agebant, quarum erat Χορηγὸς ipse Rex. Xenoph. lib. 8. Οὐ δὲ κῦρος ἔδυσε τὰ νομιζόμενα ἵερεῖα, καὶ τὰ χέρια ἱγήσαθε πίρσας καὶ τὰ πάτερα. Saltationes enim in rebus sacris adhibebantur apud omnes penè gentes. Petron.

*Memphitides pueræ, sacris Deum paratæ
Tinctus colore noctis manu puer loquaci
Aegyptius choraules.*

Cæteri in Oriente populi qui subditione Persarum erant in sacrificijs ritus suos à Persis acceperant. Vnde apud Appian. lib. de Bel. Mithrid. Mithridates in Cappadocia Ioui militari rem diuinam fecit patrio ritu in edito monte struem lignorum ipso colle maiorem, & sublimiorem im-

ponens. Primi autem ad id sacrificium reges (lego enim ἀράτοις δ' ἐξ ἀντίν οἱ βασιλεῖς ξυλοφορῆσι, (θυσίαν aut κορυφὴν intelligo) ligna conferunt, aliámque struem in circulum angustiorem circumponentes, in partem quidem illius lignorum struis superiorem, mel, lac, vinum, oleum, & omnis generis aromata inferunt, in eam partem quæ terræ propior est (sic enim εἰπίπεδον quod alias solidum significat hic accipio) panes & obsonia in eorum qui sacris intersunt cibum apponunt, quod genus sacrificij Persarum reges in Pasargadis procurant, sicque pyram incedunt. Illa autem incensa propter amplitudinem à mille stadijs & amplius nauigantibus conspicua est. Dies non paucos ob inflammati aëris ardorem proprius ad eum locum accedere non licet. Alterius generis est sacrificium cuius meminit Pausan. in Eliacis, quod ipsum à mago procurari Per-

sico ritu indicat. Hierocæsareæ, inquit, & in Hypepis ædes est, in qua cinis aræ impositus visitur, alterius coloris atque cæteri cineres. Magus autem ligna sicca in aram ingerens, primum quidem tiaram capiti impo- nit, Deumque aliquem Barbara voce vocat ex libro preces recitans, ligna omnia nullo subdito igni necesse est conflagrare. Verba sunt ἐστι γὰρ λυθίοις ἐπίνειοι περιποιοὶ οὐαὶ τὸν τελεγνωσταρεῖα, καὶ τὸν ὑπαίποις, Καὶ διπλὸν βαρύς πέφεται, χρόα δὲ τὸν πέφεται τὸν ἄλλον. Αὐτὸν μάγος ἐπάδει διπλεγμένος ἐκ βιβλίου. Αὐτοῦ δὲ δύο πυρεῖς αἰάγον πάντα ἀφθῆνται ξύλα. Quod tamen sacrificulos Baal efficere non potuisse legimus 3. Regum. In Cappadocia autem Strabone authore, magna magorum copia fuit qui πύρειοι dicti, non cultro sed stipite quodam hostias mancant, tanquam malleo verberantes. Εἴστι δὲ οἱ πύρειοι σηκοί πυρεῖς ἀξιόλογοι, id est, sunt autem pyræthea fana quedam alicuius pretij, in quorum medio ara

est, in qua magi & cinerem multum
& ignem perennem seruant, & eo cot-
tidiè ingressi imprecations faciunt,
per horam ante ignem virgarum fasci-
culum tenentes, tiaris amicti è lana
coactis, & constipatis vtrinque, quibus
etiam ipsa labia genæque teguntur.
Persæ autem vt cæteræ gentes, Dijs
immolabant hostias ex armentis &
gregibus. Xerxem enim vaccas mille
Mineruæ Iliensi mactasse author est
Herodot. lib. 7. Ioui tauros Cyrum
sacrificasse in ὁλόκαυστῳ Xenoph. indi-
cat lib. 8. reliquos ritus qui seruaren-
tur in ignis, solis, & Mithræ sacrificijs
supra posuimus, & infra ponemus cum
de Magis & Chaldæis seorsum agen-
dum erit. Hic tantum integrum locum
apponam è Strabone, quem supra atti-
gi, cum de cultu ignis loquerer. Persæ
aliter igni, aliter aquæ sacra faciunt.
Et quidem igni pabulum arida ligna
sublato cortice proponentes aruina

super injecta, tum infuso oleo succendunt, non inspirantes, sed ventilantes. Inspirantes autem flatu, aut mortuum super ignem imponentes, aut sterquilinum morte mulcent. Aquæ autem facturi in lacum, vel flumen, vel fontem venientes scrobem faciunt, ibique hostiam iugulant, cauēntque ne proxima aqua sanguine continguatur, sic enim omnia pollutum iri putant. Postea carnisibus myrto laurōque impositis eas magi gracilibus virgis comburunt, & factis imprecationibus quibusdam oleum lacte ac melle mixtum inspergunt, non in ignem, nec in aquam, sed in terram. Τας δ' ἐπωδας ποιεῖνται πολὺν χρόνον ῥαβδῶν μυετηνῶν λεπτῶν δεσμῶν κατέχοντες. Id est, imprecations faciunt multo tempore vinculum è virginis myrtleis tenuibus manu tenentes. Virga ignem magi tangebant, & ignem sacrum excitabant. Athen. l. 12. de Nino loquens, ο νῆρος εὶς πατέρα μάγιοις

τοῦ ιερού ἀνέστη ὁ πρεπόνος, παθόδοιοι τῷ θεῷ
ψάυων. Ninus non apud Magos suscita-
uit ignem sacrum ut lex est, Virgis
Deum contingēs. Habebant & magi
herbas sacras quibus vterentur in re-
bus sacris Plin.l. 12. c. 11. Nyctigreto,
quæ & chenonycos, magi Parthorūq;
reges vtuntur ad vota suscipienda.
Quinetiam magi herba theangelide
pota diuinarunt, & aglaophoti herba
quæ marmaritis dicitur usi sunt cñm
vellent Deos euocare: Plin. l. 24. c. 27.
Ex Herodoto supra docuimus Persas
non usos libationibus, & verum est
si Cyri ætatem spectes. Post Artoxer-
xem autem multos ritus è Græcia pe-
titos esse auguror. nam & Athenæus
l. 11. Persas patera Dijs libasse docet,
quæ Persica lingua diceretur Condy.
& Herodot. ipse l. 7. ante Artoxerxis
ætatem libationum aliquod genus
agnoscit, qui Xerxes ait aurea phiala
libasse, quam in mare cum aureo aci-

nace abjecerit. Claudian. l. i. de laudi-
bus Silicon. — *Rex ipse micantem*

*Inclinat dextra pateram, secretaq; belli,
Et vaga testatur voluente sidera mithram.*

Ammianus quoque l. 23. libationes ei
tribuit, quas alius nemo facere aude-
ret. Ut autem Latini, & Græci, vel di-
cturi, vel aliquid maioris rei suscepimus
Deos præfabantur, ita & Persæ suos
appellabant. Herodot. l. 7. Νῦν δὲ Δα-
βίωνες ἐπενξάπεροι Τίοι θεοῖσι. Nunc traji-
ciamus Deos precati, vt apud Pluth.
in Socratis dæmonio, Pelopidas in
tyrannos impetum parans ait, ὁρευ-
ξάπεροι τὰς θεὰς δέξιων. Persis non sacri-
ficia modo, sed & annuæ celebritates
fuere, quas inter non postremo loco
fuit ea quæ magis imperij oppressori-
bus interemptis agitari cœpta est, quæ
vltimis temporibus maiori cura fre-
quentiaque quam superioribus cele-
brata est. Herodot. Magophonia festū
agitur, qua die Gobrias & Darius

magos tyrannos oppresserunt. Εν δὲ
εορτῇ μάγοις ὁδίνα ἔξει φανῆσαι εἰς τὸ φῶς, αλλὰ
κατὰ σίκες ἐπειτές οἱ μάγοι καθ' ἡμέραν Ταῖτον
πεπέχοσι, quo die nefas magum in pu-
blico apparere, sed priuatis parietibus
clausi latent. Agath. l. 2. Dies Mago-
phonij, cum Darius magos obtrun-
casset, hodiè maiori sunt indignatione
quam olim. Alia festiuitas Saca dicta
est, illa quidem celeberrima, quam ex
hoc fonte fluxisse volunt. Cum Sacæ
Scythæ Euxini tractum latrocinijs in-
festum haberent, præfecti aliquot Per-
sarum nec opinantes oppresserunt. In
campo autem petram quandam aggere
complentes, ita ut rotundi collis sigu-
ram exprimeret muro cinixerunt, &
Anaitidis, Deorumque qui cum ea in
ijsdem aris locantur facellū posuerunt,
Omani & Anandrati Deorū Persidis,
& indixerunt panegyrin sacram anni-
uersariam quæ Saca dicitur, quam
hodiéque celebrant qui zela incolunt.

Sic enim locus hic indigetatur , quæ
vrbs plena est seruitiorū sacroū. Vide
num vocabulū illud zeli lucem faciat
loco cuidam Ezech.8.vbi zeli Idolum
commemoratur. Nam patres zelum
vocari putāt, quod ira Dei zelus quo-
que in Iudæos accenderetur. Videntur
tamen sacra Persarū zela dici Straboni
l. i 5. ιερὸν τὴν περσικῶν Θεῶν τὰ ζῆλα, id est,
zela templū est Persicis Dijs sacrum.
Αὐτοῖς δέ τε πανήγυειν καὶ ἔτος ιερὰ τὰ σάνδα,
ἥν μεχρὶ νῦν ὅπιτελθσιν οἱ τὰ ζῆλα ἔχοντες, φέρω
γδὲ καλθσι τὸν τόπον. Εστὶ δὲ ιεροδύλων πόλισμα τὸ
πλέον, ait Strabo. l. ii. eo die vnum
aliquem è vincis capit is reis in throno
regio collocant, regia veste insi-
gnem, eumque genio indulgere per
eos dies, delicias agere, cum pellicibus
regijs consuecere patiuntur, nullo
prohibere auso, quominus libidini
suæ, ac voluptati seruiat, paulò post
nudatum flagris cædentes cruce sus-
pendunt. Dio Chrysosth. orat. 4.

τὸν σωκῶν ἐορτὴν πέρσην ἄγεσι λαβόντες τῷ
 δεσμωτῷ ἔνα τῷ διπλῷ θρόνῳ θαύτῳ, καθίζεσι εἰς τὸν
 θρόνον τῷ βασιλέως, καὶ τὸν ἐδῆ τῷ μέδοσιν ἀντὶ^τ
 ἀπολ., &c. Saca quinq; diebus agitabantur. 16. die Augusti, quem Macedones
 loum dicunt, quibus diebus serui dominis imperat, & vnuſ exijs quem Zogānem vocant regio cultu ornatus in
 domo ducem ac dominum agit, narrante Athen. l. 12. εὐ αῖς ἔθος ἀρχαῖς ταῖς
 δεσπόταις ὑπὸ τῷ διπλῷ θρόνῳ, ἀφοι γειδάτῃ τῇ τοις δικλασίαις
 ἔνα ἀντότῳ εὐδεσπόταις σολήνη διμοινῇ τῇ βασιλικῇ,
 δινῇ καλεῖται ζωγάνη. Mithræ quoque ludos habitos etiam ab Ægyptijs quarto
 quoq; anno indicat Iulian. in hymno
 Solis, ut supra ostendimus, & in Persis
 Mithræ dies festi erant, quibus regi &
 choreis & vino indulgere fas erat, alio
 tempore nefas, ait Athen. indiceban-
 tur & feriæ extra ordinem à regibus
 quales sunt illæ quas pro bono regni
 indixit Artoxerxes l. 11. c. 6. Iosephi.
 Διαπένθιτο δὲ καὶ πατὴ τὸν χώραν παρίγγειλεν
 ἀνεῖδε τῷ ἔργῳ ἀφεμένης, καὶ ἐορτάζειν ὑπὲρ τοὺς
 βασιλεῖας

βασιλείας ἀντε πολλαῖς οὐμέσεις. Julianus
 Augustus mithrā ψυχούπον θεὸν vide-
 tur indicare in Cæsaribus, vbi Mercurius
 ait Juliano, οὐδεὶς τῷ πατέρει μι-
 θεαν εἰπειγεναι. σὺ δὲ ἀντε τῷ ἐντολῶν ἔχε, τῷ
 νῦν ἀντεύθεν ἀπέραν δεητημένα θεὸν ἐνμεν
 καθίσα σε αὐτῷ. Tibi dedi patrem Mithrā
 agnoscere. Tu caue à mandatis eius
 discedas, & cum ex hoc loco abeun-
 dum erit Deum ducem propitium cō-
 stitue tibi. Mithræ sacros leones fuisse
 scribit Tert. l. i. in Marcion. c. 13.
 quia Sol in leone ardentissimus est,
 ideoque mystas omnes mares leones
 vocabant, fœminas Hyænas, ministros
 coruos, patres aquilas & accipitres.
 Qui leonis habitum sumit, idem in se
 omnium animantium formas suscipit,
 quoniam ad rationem zodiaci com-
 munis motio fertur, in quo signa duo-
 decim ostendunt animas hominum
 quibusuis animalium corporibus cō-
 tineri posse. Porphyr. lib. οὐκέτης διποχ.

ως τὰς μὲν μετέχοντας τῷ ἀντίθεμῷ ὄργιστον μύσας
καλοῖν λέοντας, τὰς δὲ γυναικας ὑάτας, τὰς δὲ
ὑπηρετῶντας πόρκας ὅπε τῷ πατέρου. αἰτοὶ γὰρ καὶ
ἱεραπονεῖσθαι περιταχορέουσι τὸ τὰ λεόντην φέρειν
λαμβάνων πεπίθεται πανθεῖταις ζώων μορφαῖς.

&c. Eo respexit Tertul. l. i. in Marc. c. 13. sicut aridæ & ardentis naturæ sacramenta leones Mithræ philosophantur. Luctat. ad.lib. 2. Theb. Mithræ simulacrū fingi ait leonis vultu, habitu Perfico cum tiara, ambabus manibus cornua reluctantis bouis retentās, quia luna lumen à sole mutuantur cum ab eo longius abest. ipsa indignata sequi fratrem ei occurrit & lumen obscurat. ideò in antro esse dicuntur, quia eclipsin patitur. Mithras verò leonis vultu fingitur, quia ut leo inter animalia ita Sol inter sidera principatum tenet. ideò palmarium eius in Zodiaco signum est leo. Luna quia proprius tauro adhæret, vultu bouis fingitur. In veter. inscript. pater sacrorum

inuicti Mithræ, Publius Taurobolinus
matris Deum magnæ, & Attidis com-
memoratur. Quod munus honorificū
fuisse patet ex ijs quæ sub ijs ciuntur.

*Antiqua generate domo, cui regia vestæ
Pontifici felix sacrato militat igne,
Idem augur, triplicis custos Venerandæ Dianæ,
Persidiciq; Mithræ antistes Babylonie templi,
Tauroboliq; simul magni dux mystice sacri.*

Mithræ sacra in spelæo tradebantur,
autore Iulio firmico l. i. de err. proph.
Relig. Luctat. grammat. ex Ostane in
antro coliait, Ad l. i. Theba. Stat.

*— Persæi sub supibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mithram.*
Hieronym. ad Athletam. vester Grac-
cus specum Mithræ, & omnia porten-
tosa simulacra subuertit. Tertul. lib.
de Coron. Militis, Mithræ militem ait
initiari in spelæo. Iustin. in Tryph.
η σπηλαιον καλεσι τὸν τόπον, ἐνθα μύθοι τὰς
πιθαμένις ἀντῷ. id est, spelæum vocant
locum vbi initiant ei seruientes. Hoc
spelæum in montibus Persidis à Zo-

roastre dicatum prope fontes trædit
Porphyr. in antro nymph. Mithræ
templum μυθρεῖον dictum, quod huma-
nis victimis violari solitum docet So-
crates in histor. Eccles. Lampridius
auctor est Mithriaca sacra Cōmodum
homicidio polluisse, in cuius sacris
baptismi quædam species fuit. Tertul.
lib. de præscript. Diabolus tingit &
ipse quosdam vbique credentes, &
fideles suos, expiationemq; delictorū
de lauacro repromittit. Signat illic in
frontib⁹ milites suos, celebrat & panis
oblationem, & imaginem resurrectio-
nis inducit, & sub gladio redimit coro-
nam. Origen. l. 6. in Celsum, de Mithræ
sacris ex Celso hæc affert. Mithræ sacris
apud Persas duplex stellarum circum-
actio prætenditur, affixarum & erro-
num, & per has animarum transitus.
ideò scala erigitur in septimæ portæ
aditu. Prima porta est è plumbo. 2. è
Stanno, 3. ex ære, 4. ex ferro, 5. ex no-

mismatis corio, 6. ex argento, 7. ex auro. Cætera ex eodem loco petenda. Duris lib. 7. histor. apud Athenæum, scribit Persarum regibus uno tantum die permitti ut ebrij fierent, quo die Mithræ sacra procurabatur. Epiphan. l. 3. contra hæreses, Epimendem Cretæ, templi Mithræ sacerdotem fuisse ait. Mithræ quoque templum Alexandriæ fuit, vt est in Historia tripartita.

DE MAGIS.

CAP. VI.

 Vm de Persarum Dijs, & sacrificijs egerimus, age, si lubet, sacrificuli eorum qui fuerint inquiramus. Naturæ cognitio per se animos hominū allicit veri indagatores, eosq; ad sui amorem rapit, à quo tot vbiique gentium Philosophorū examina. Epiph. l. 3. hæres.

ἀλλαι δὲ ὅσαι καὶ τὸν βάρβαρον οὐκ εἰλάται εἰδο-
 μένοντες δύο μὲν ἀνδεῖς φιλοσοφίας, εἴτε τῷ θεόντων
 ἐμφέρεται φρεστεία, τῷτε βραχμάνων ἐπανέπον-
 τετων μόνον, τῷτε ψευδοβραχμάνων. Septua-
 ginta aliæ insuaves Philosophiæ sectæ
 in Barbaria, & Græcia circumferun-
 tur, cum alij apud Indos Gymnoso-
 phistæ sint, alij brachmanes quorum
 scientia laudabilis est, alij Pseudo-
 brachmanes, quidam cadauerum vo-
 ratores, nonnulli obsceni & opici oris,
 quidam ex numero eorum qui ad om-
 nem duritiæ sensum obsurderunt,
 ἀπηλγημένων. In Media sex aliæ nume-
 rantur sectæ à se inuicem dissidentes.
 Quot verò sint in Persis, aut in Parthia,
 aut in Elamitide, aut in Caspijs, aut in
 Germanis, quot in Dacis (lego Δαοῖς,
 non Δαύνοις) aut apud Sichos (lego
 Zygos ex Strabone, & Plinio, qui
 iuxta Enichos in Scythia ponuntur)
 & Amazones, Lazos, Iberos, Bospo-
 renos, numero definiri non potest,

καὶ πέρσαις μαγυστῖοι καλέμενοι, id est, apud Persas Magusei, qui idola abominantur, & idolis seruiūt, igni, Luna, & Soli. Suidas in Chaldæis ἀσεαμφίχρει ponit, quos Diogenes ἀστραψίχρει. Plin. c. 2. l. 7. Diogen. Laërti. proœmio libri primi, Gymnosophistæ solem intuentur, feruentibus arenis alternis pedibus consistunt. Clemens l. 1. Stromat. οὐμοσίᾳ ἐφιλέσσοφοι τοι βραχμῆνες τε σύμπαντες, καὶ ὄδρῦσαι ἐγένεται, καὶ αἰγάλειοι, καλαῖοιτε, καὶ ἀράβιοι ἐνδάιμονες. Clearchus Solensis ιερᾶιοι εἰσιν ἀπογενοι τῆς ἐν ἴνδοις φιλέσσοφων, καλεῖται δὲ ὡς φασιν ὁι φιλέσσοφοι καὶ μὲν ἴνδοις καλᾶιοι, καὶ δὲ δὲ σύρεις ιερᾶιοι, τῶν ομαλαβόντες διπο τόπῳ. Cyril. l. 4. in Iulian. Pythagoras venit ad Zoram (lego Zaram) Assyriū. Is autem est Zarades, seu Zoroaster apud Agathiam, non ille antiquus, sed qui vixit ætate Hystaspis. Suidas in Antisthene, ἔτος ουνέγραψε τόμος δέκα, τελετον μαγικόν. ἐφηγεῖται δὲ τοῦ ζωεράστρου πνεος μάγγας ἐνεργετὴν σοφίαν. τελετὴ πνεος ἀεισοτέλει.

οἱ δὲ ἐγδῶν ἀναθέατο. Antisthenes scripsit
 tomos decem, primum magicum. Agit
 autē de Zoroastre quodā mago qui sa-
 pientiā reperit. Cyrillus ibidem, Phi-
 losophati sunt apud Ægyptios pro-
 phetæ, Apud Assyrios Chaldæi, apud
 Galatas Druidæ, in Bactris Persicis
 Samanæi, in Persis magi, in Indis Gym-
 nosophistæ. In Scythis Anacharsis, in
 Thracibus zamolxis, Hyperborei car-
 nibus assis abstinerunt, & solis arbo-
 rum fructibus vicitarunt. Clemens
 Alexan. l. i. Strom. Samanæos in Gal-
 lia ponit, vt in Ægypto Arpedonaptas,
 & prophetas. Γαλάπαι οἱ σαμαναῖοι, ἵνδῶν οἱ
 γυνιοσφισταὶ, τῇδε οἱ μὲν σαριάναι, οἱ δὲ βραχμᾶ-
 ναι, καὶ τῇδε σαριάνων ὑλόβιοι οἱ ἵδωρ ταῖς χεροῖ-
 πίνεται. Gallorū Samanæi, Indorū Gym-
 nosophistæ, quorum alij Sarmanæ, alij
 Brachmanæ, & è Sarmanis hylobij qui
 aquam manibus potant. In Phrygia
 Idæi Dactyli, vnde Dactyli in poësi.
 Lucian. in longæuis, οἱ καλύμενοι μάγοι

γένος, ταῦτα μαρτικὸν, καὶ θεῖς αἰακτίμενον, καὶ πίρομος, καὶ πάρθοις, Καραπέταις, Καρασμίοις, Καραπέταις, Καρασμίοις, Καρασμίοις, καὶ πολλοῖς ἄλλοις Βαρβάροις. Magi gens diuinatrix & Deo sacra in Persis, Parthis, Bactris, Chorasmijis Areis, Sacis, Medis, & pluribus barbaris. Clemens Alexandr. l. 3. Strom. δικαλέμενοι δὲ σεμνοὶ τῷ ινδῶν γυμνοὶ διατενήται τὸν πάντας Βιον. Semni Indi nudo corpore ἀτatem degunt. Sed ut de Magis propriè agamus, Magi à Magog filio Iapeti appellati sunt, quamquam eos qui Scythæ dicuntur à Græcis Magogas appellatos esse vult Iosephus l. 1. c. 7. origin. ὁ μαγωῆς οὐδὲ τῇ ιαφεθ τάχει πάντη μαγωῆς ὅνο μαδενῖτας ὄντες, οὐδάτες δέ οἱ φέντεντοι τελεσταγορευομένας.

A quo facit Cedrinus, qui Persas omnes, apud quios Magi fuere, ab indigenis magogas dici prodit: μάγωι λέγονται οἱ πέρσαι οἱ πότε τῷ ιγγενεῖων ἀσπολόγοι, καὶ μαγεῖσαι δύο τῷ μαγεστάνων ἡγεμονοῖς προστον ἥρξατο. Astrologia, & magia à Magusæis, seu Persis

recepta est. Epiphan.l.3. hæres. Magos Christi cultores è Magodia regione profectos ait. alij sunt Chaldæi & Babylonij. Strabo l.5. Sapientes Chaldæi & Babylonij contrariam inter se doctrinam habent. Lucret.

*Vt Babylonica Chaldaicu doctrina refutans
Astrologorū artem contra conuincere tendit.
Magia autem ipsa quam profitentur
magi sapientiā significat. Philo Iudæ.
lib.de special. legibus. Τὴν μὲν ὅντινα ἀληθῆ
μαγικὴν ὁ πιπιλόπτικός τοις, οὐ τάφισεως ἔργα
τελευτέραις φαντασίαις ἀνγάζεται σεμνὸν καὶ
πειραμάχην δοκεῖται εἶναι, ωκειδιῶται, ἀλλα Κ
βασιλεῖς, Κ βασιλέων ὁι μέγιστοι, καὶ μάλιστα ὁι
πρώτοι διαπονήσοι. Στοις ὡς τε γένενα φασὶν ὅπι
βασιλείαν αἰδεληφθῆναι δύναμιν παρ' ἀνθεῖς εἰ
μὴ τερέτερον τὰ μᾶλιστα γένες πεποιηκότας τυγ-
χάνοι. Veram , ait, magican artem esse
quæ vim habeat pespiciendi , & quæ
naturæ opera visis intueatur apertiori-
bus, cum sit ampla quædam, & quæ
studiosè conquiritur scientia, quamq;*

non plebeij modo, sed etiam reges, & regum maximi, & maximè Persarum sic exercent, vt nemo in regem eligatur, nisi qui prius magorum consuetudine sit vsus. fuit igitur magorum appellatio honorifica, vsque adeo vt Darius Hystaspis filius inter cæteros titulos, hunc in monumento inciderit, se magicę scientię doctorem fuisse. Philostr.l. I. οφίαν, ἥπερ ἐι πέρσαις δημόσιος μελετῶμένη μάγοις αὐδράσι. Magiam sapientiam, quæ Persis est gentilis exculta à Magorum gente. In persis qui Deorum cultum norunt magi dicuntur. Quod genus adeo magnum, & venerabile est apud Persas, &c. Sacerdotes Ægyptiorum, & Chaldæos, & Magos alijs sapientia præcellentes principatus, & honores apud majores nostros consequutos, ait Porphyrius, lib. οῖ τῆς πᾶν ἐμψύχων δημόσιος. Ει πέρσαις οἱ οῖ τὸ θεῖον σοφοὶ λέγονται μάγοι. Βέβη δὲ μέτα καὶ αεθάσμου γένος τὰς οῖ πέρσαις ενόμισαν, οἵτε

καὶ μαρεῖον τὸν ὑπάσπιον ἐπιγεάται ποὺ μυῆματι οὐ
τοῖς ἄλλοις, ὅπι καὶ μαγικῶν γένοις σιδηνοῖς
(Lege μάγων.) Strabo l. i. τὰς θ' ιερέας
τῷ αἰγυπτίῳ, Εἱχαλδαίς, Εἱμάγις τοφίαπι
Μαρφέλοντας τῷ ἄλλῳ, ἡγεμονίας, καὶ Τίμιτον γά-
νειν οὐδὲ τῷ θεῷ ιμῶν. Apulei. Apol. i.
Persarum lingua magus est qui nostra
lingua sacerdos. callere leges cerimo-
niarum, fas sacrorum, ius religionum,
est magum esse. Magi etiam regibus à
consilijs fuere, ὅπι τῆς φύσεως ἡσαν ἔμπειροι
καὶ τὰς Θεὰς εἰδόταν ως δεῖ Σερεπόντειν, ait Dio
Chrysosth. Orat. 49. Quia naturæ pe-
riti erat, & Deorum cultum nouerant.
Vsq; adeo ut illis Cambyses in Ægy-
ptum expeditionem mouens quod
muneris erat regij, aulamque ipsam
commiserit. Vnde ansa data magis eo
mortuo imperij inuadendi. Idem orat.
de fide τὰ περσῶν βασίλεια accepisse ait, id
est Ad Persarum regnum eos euectos.
Manasses in polit. vocat eos βασιλεῖων
φύλακες, regni custodes. In Persis ait

Cic. l. i. de Diuinat. augurantur, & diuinam magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi, quod etiam idem vos augures quondam nonis facere solebaris, nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante magorum disciplinam, scientiamq; percepit. Plin. l. 30. c. 1. in oriente ait, magiam regum regibus imperare. Tertul. l. 3. in Marcionem. Nam & magos reges habuit oriens. Cum autem ea scientia nobilis fuerit, in quæstionem eius origo ac controuersia vocatur. Nonnulli volūt Magos à Nino, alij à Perseo, quidam à Zoroastre institutos. Plin. l. 6. c. 26. Belum sideralis scientiæ inuentorem facit, Cedrinus à Perseo sicuti supra monuimus. Lacertius à Zoroastre l. i. initio. Post Zoroastrem, inquit, ἐν πέρσαις μάγοις γενούνται πολλοὶ καὶ σταθμοὶ ὀστέων, οὐ δισπαρτούχοις, Εἰς τορβύας, Εἰς παρζάτας. πῦρ, γῆν, Εἰς ωραὶ θεῶν ηδίασι, id est, in Persis

magos extitisse plures perpetua quadam successionis serie Ostanas, Astrapsychos, Gobryas, & Parzatas. Ignem terram & aquam Deos ponunt. quo loco aduertis Gobryam, nomen fuisse magorum ordinis ac disciplinæ. Ostanae forte dicti sunt ab eo qui Xerxem regem in Græciam comitatus est, & primus de Magis commentatus est, Gtæcósq; ad studium huius scientiæ egit. Plin.l.30.c.1. non leuem & Alexandri magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Ostanes. Mihi quidem Magi Perseo, Zoroastre, ipsoque adeo Nino antiquiores videntur, maximè cum Ninus morem à patribus traditum neglexisse dicatur, qui virga Deū tangens, ignem sacrum apud magos non excitauerit, ait Athen. l. 12. Dio Chrisosth. orat. Borist. magos à Zoroastre ortos ait, qui amore iustitiæ captus, cum secessisset in montem, & Dijs familiarius

usus esset, aeterno igne cœlitus delapsos
 coruscum ac collucentem ex eo tempore se præbuit, non passim quidem omnibus, sed ijs qui benè ad vera intuenda nati erant, & ad Deum cognoscendum apti, οἱ πέρσαι μάγοι ἐπέλεσαν ἐπισταμένους διεργάπευεν τὸ δαιμόνιον, quos Persæ magos vocarunt, cultus Dei apprime gnaros. Xenoph. l. 8. Cyri.
 nald. à Cyro magos institutos esse vult, qui simul ac dies illucesceret Deos hymnis celebrarent, rebusque diuinis operarentur. ή Τότε ἀρωτὴν κατεσύζησαν οἱ μάγοι δύνειν ἀεὶ ἀμαρτῆναι τὴν ἡμέραν τὰς θεὰς, ή θύειν αὐτὰ ἐκάστην ἡμέραν οἵ οἱ μάγοι θεοῖς εἰποιεν. Georg. Monachus à Nembrotho venatore illo strenuo magorum originem trahit, qui primus venerationis & magicarum artium doctor fuit, quas & Persis tradidit vna cum Astrorum ac siderum notatione, & in periclitandis pueris quicunque nati essent, ac cœli motibus, plurimum

operæ posuit. Ab hoc capite græci
eius studij principia arcessunt. nam à
Magusæis & Persis Astrologia, magiá-
que sumpsit initium, qui gigantem
illum sectæ suæ principem inter Deos
relatum, & inter sidera locatum orio-
nem vocant. Iam græco homini græca
non absurde loquenti, & non à se, sed
ab erudito aliquo patre ista promenti
fac audientiam. Νεμβερώ ὁ κύνος τῆς Βα-
βυλῶνα πόλιν ἀράτης καταδεῖξας τὴν κυνηγίαν
ἡ μαγίαν περσῶν ἐπεφύτευσε, μιδάξας ἀντὶς
ἀστρονομίαν Ἐ ἀστρολογίαν, τῇ ἐργασίᾳ κινήσει τὰ
τεῦχα τὰς πκέμενας πάντας δῆθεν σπουδίων, ἀφ' οὗ
ἔλληνες τῇ γενεθλαιογίᾳ μαθόντες ἡρξαντές
γέννωμάντες ὑπότην τῷ ἀστρῳ κίνησιν ἀναφέρεται.
ἀκεῖν ἀστρονομία τε Ἐ μογία δπο' μαγυσταῖων, ἦτοι
περσῶν ἡρξατο. ὁ, γὰρ πέρσαι μάγοις ὑπὸ τῶν ἐγχω-
είων ἀροσαγορέουσι, ὃι γε τὸν νεμβερώτα λέγοντες
διποθεωδέντα, καὶ γενόμενον ἐν ἀσποῖς τῷ ἐργασίᾳ
καλλιστωείων. Magiam certè machagi-
stiam esse verbo mystico Plato docet,
diuinorum incorruptissimum cultum,
cui

cui scientiæ priscis sœculis multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroastres , deinde Hyſtaspes Prudentissimus Darij pater , qui cum superioris Indiæ arcana penitus inspexiſſet , ad nemorofam quandam vénit solitudinem , cuius otio , silentioque Brachmanorum ingenia studioſa perfruuntur , eorumq; hortatu puros sacrorum ritus , ſiderumque & motuum cœli numeros magorum statutis immiſcuit , quæ illi accepta ſeriè quadam in posteros cum diuinationis scientia transfundunt . Per initia magorum numerus ad paucos contractus erat , eorumque ministerijs Persarum principes in ſacris procurandis vtebantur , eratque piaculū aras adire , vel hostiam contrectare , antequam magus conceptis precationibus libamenta defunderet , quæ sacrificio viam præirent . Demum adeo ſunt aucti , vt gentem amplam effecerint , villásq; inhabitan-

tes nulla murorum corona munitas, &
legibus suis vti permissi religionis as-
pectu sint honorati, vt indicat Ammia-
nus l.23. Magi herbis vtebantur & la-
pillis ad mira quædam opera patranda
vt supra docutimus. Plin. l.37. c.10. ait
Arizoen lapillum fuisse necessarium
magis regem constituētibus. Eundem
consule de latace, & Heliante. Magos
adhuc à Zoroastre & Hystaspe excul-
tos ostendimus, à Nino vel Nembro-
tho gigante profectos, quos propriè
putarim Gazarenos dici, magorūmq;
& Chaldæorum doctores. Ita enim
censet Epiph. l.3. contra hæref. p.460.
Μυστεῖων ἀρχηγοὶ τῶν δὲ πέρσαις μάγοις οἱοι, τῶν δὲ
δὲ αἰγυπτίοις οἱ τερψίταγοι καλέμενοι τὸν ἀδύτον καὶ
τὸν ιερόν ἀρχηγόι, καὶ μάγων βαβυλώνιοι, ὄντε οἱ,
καλέμενοι γαζαρηνοὶ σόφοι. Εἰπασθεῖτο, ἵνδων δὲ
οἱ ἐνίλεοι. Id est, Magusæi mysteriorum
duces ac principes apud Persas fuere,
Apud Ægyptios ij qui prophetæ dicti
sunt, sacrorum & adytorum antistites.

Magis Babylonij è quibus religionum
interpretes Gazareni sapientes, & im-
precationum artifices, apud Indos qui
dicuntur enilei. Hieronym. locum
erudiens Isa. c. 47. sta cum incantato-
tibus, quem 70. interpretes verterunt,
ποστόντας οι ἀσπόλογοι, Chaldæos, Au-
gures, incantatores hariolos, & Gaza-
renorum studium significari ait. Idem
ad c. 2. Daniel. Chaldæi propriè gene-
thliaci sunt & mathematici. Magi qui
de singulis philosophantur. *ἱππασθοὶ* &
incantatores qui verbis rem peragunt.
Malefici qui sæpè vtuntur sanguine &
victimis. Nazianzen. in sancta lumina,
discrimen hoc statuit inter Magos &
Chaldæos, quod illi extispices essent,
& è fibrarum cæso futura præsentirēt,
hi cœlum numeris & motibus perse-
querētur. vbi Nicetas Magos genere,
Medos esse contendit. Certè Magos &
in Perside, & in Media fuisse non du-
bito, sed vtrobīq; ex eadem disciplina.

Quanquam audio Magos scientiam suam occultam habuisse, nec ullum artibus suis imbuisse, qui Persis parentibus ortus non esset, nisi fortè Rex nominatim id præciperet. Philost. in Protag. εγώ παιδεύσοι τὰς μὴ πέρσας δι πρόσαγοι μάγοι, ήν μὴ δι βασιλεὺς ἔην, quare etiam Persæ omnes μάγοι ὑπὸ τοῦ ἐγχωρίων περιενονται. ait Georg. Monach. id est, à finitimis nationibus Persæ omnes magi vocantur. Magorum id propriè muneris fuit, ut regibus ac populo præirent quibusnam dijs, quoque modo procuratio fieret Xenoph. l. 8. σφαξαντες οἵ δέκτησαν δι μάγοι. Strabo l. 15. Indorum ait Philosophos. οὐ φηγεῖται βασιλεῖσι τὰ πλεῖ τὰς Θεὰς, ὡς τὰς μάγις τοῖς πέρσαις, regibus perscribere cultū Deorū ut Magos Persis. Zozimus l. 2. c. 8. magos, τὴν περοῦν θρησκείαν ὀσπέρπι φύλον καὶ ιτεαπνόν, (deleo καὶ) καὶ οἰαδοχήν γένυς ἀρχιθεοῦ δημοποιεῖν, id est, Magos ut genus sacerdotiale per successionem ab initio

ritus sacrorum procurare ostendit. Septuaginta interprētes Magos arte Persarū imperium Babylone ponunt. Dan. 3. Nabuchodonosor ait, οὐδέσαπε τοὺς ἐπανιδόγες, καὶ τοὺς μάγους, Καὶ τοὺς φαρμακεύς, καὶ τοὺς χαλδαιίς, in quorum numero ponitur Daniel qui disciplinis eorum institutus erat. Q. Curtius l. 7. Magos Babylone constituit, eos tamen à Chaldaīs, & Babylonījs distinguit. ait enim, Magi deinde suo more patrium carmen canentes obuiam Alexandro processerunt. Magorum autem tria genera ponuntur ab Hieron. l. 2. in Iouia. Eubulus narrat apud Persas tria esse genera Magorum, quorum primos qui sunt doctissimi, & eloquentissimi, excepta farina & olere nihil amplius sumere. Clem. Alexand. l. 3. Stromat.

Αὐτέλει δέ τι φερούσιος ἐστὶ καὶ τοῖς μάγοις διηγείται
ὅτις Καὶ μάγοις Καὶ αὐτοῖς οἵτινες αὐτέχεοται, vide-
licet Magi in id studium diligenter
incumbunt, ut vino abstineant, & re-

bus animatis, & venere. Certè Magorum sapientissimi neque cibum petunt è rebus animatis, neq; bruta animantia vita spoliant. Alij domesticis & cicuribus animantibus parcunt, cæteris vtuntur. Tertij paulò licentius in esu carnium versantur, à quibusdam tamen sibi temperant. In ea enim priores illi opinione sunt, animas è corporibus in corpora migrare. Sed vaticinari nos putas, nisi assertorem fide dignum præbeamus. Porphyriū audi. l.5.

Ἄλλοι τῆς τέλεως ἐμπόρου χων δημοχῆς. Μήρηντε δ' εἰς τέλεα, ὃν δια τελέας Εἰς λογιώσας οὐτε ἔδιαστρος ἐμπόρος, πάπε φορδίεσσι, ἐμμένεσσι δὲ τῇ παλαιᾳ τέλεως δημοχῇ. οἱ δὲ δέντεροι γράφται μέρος, τὸ μέρος τέλεων την τείνεσσι, καὶ δὲ διέτελε οὐδεὶς τοῖς ἄλλοις ἐφάπλονται πάντοι. Εἰς δέ γέ μακρά πάντοι εἰς τέλεων τὴν μετεμψύχωσιν εἶναι. Non video qui tueri se possit Porphyrius, cum Herodot. l.1. de magis longè alter sentiat. Γέρες οὐ αἰγάληππω αἰγαλέυσοι ἐμψύχου μηδὲν τείνειν, εἰ μὴ δοσα θύεσσι. οἱ δὲ δι-

μάγοι ἀνθεγείν πάντα πλὴν κυνὸς Καὶ θρώπε
κτένωσι, Καὶ ἀγάνισμα τῷ μέχα ποιεῖται κτείνοντες
δύοις μύριην τε Καὶ ὄφεις, Καὶ τὸ ἄλλα ἐρπετὰ Καὶ
πτερύγια. id est, sacrificuli in Ægypto ani-
matum nihil occidunt, nisi in sacrificijs,
in eoque puri sunt. Magi autem manu
sua omnia, demptis cane & homine,
occidunt. Imò palmarium hoc ducunt,
si formicas sespentesq;, aliāq; reptilia
& volucria necauerint. albis vestibus
amicti procedunt, culcitam è frondi-
bus vilem ac humilē pro lecto habent,
olus in cibum sumunt, Laertio teste
l. i. præm. τέττων ἐστὶς μᾶλι λευκῆ, σιβάς ἐυνή.
καὶ λάχανον βοφή. addit Laertius tritico &
pane vili eos vsos. pro baculo calamū
habēt, quo ferientes caseum, occidere
se eum dicebāt, & comedebant. male-
ficas artes que γονπαῆ ματείᾳ tribuuntur
non nouerant. Ideò Strab. l. 15. vocat
eos σεμνός πνος βιαζολωτὰς, id est, vitæ cu-
iudam venerabilis & sanctæ sectato-
res, & Lucian. εὐμαρεγβίοις. ait eos lon-

gæuos fuisse ob sobrietatem. In eo
tractu quem magi tenebant tres fuere
montes in patenti camporum æquore.
Qui ea loca peragrabant cum ad pri-
mum montem venissent, voces audie-
bant confusas, veluti exercitus mili-
tarem clamorem tollentis, ad medium
cum proprius accessissent, clamore ve-
hementiori feriebant aures. In ter-
tio monte veluti victoriæ Pæana ca-
nentium voces hilares erant, quibus
imaginibus ac ludibrijs Dæmones ad
magorum famam augendam imperitis
illudebant. Hoc è Clement. 6. Stro-
mat. didicimus; sic enim ille ēν τοις οἰσ-
τειρόις τόποις καὶ τὸν τόμον μάχων χώραν ξία-
κεῖσθε ὅρη ἐφεξῆς ēν πεδίῳ μακρῷ. Τός δὲ σι-
δελλοντας τὸν τόπον καὶ μὴ τὸν τοφῆν γλυμένας
ὅρες φωνῆς ἔχακέν ειν συγκλύδειον βοῶνταν ἐκ
ὄλιγων πιῶν μυελάδων, καθάπερ ἡ τοφατάξει.
Κατὰ μέσον δὲ ἕκοντας ἥδη πλείονας ὅμοι καὶ
ἐναργεστέραις αὐτολαμβάνεται θορυβός: ὅπις τέλοι δὲ
παιονιζόντων ἀνέειν ὡς νενικηκότων. Vnus ex
tribus illis montibus dictus est Coro-

nus. Ammian. l. 23. Magorum agri fertiles propter Coronum montem siti erant, non procul ab ijs pascuis vbi Nisæi equi pascebantur. Expositum à nobis est vnde magi nomen inuenient, à quibus institutum eorum profectum sit, nomen illis à sapientia factum, eorum tria genera ponit, locum etiam vbi siti sint attigimus, proximū est ut eorum partes & munera quæ fuerint inspiciamus. Non Chaldæi modo, sed etiam magi siderum cursus obseruasse dicuntur, & astrologiæ studium esse professi. Vnde Tertul. lib. de idolatr. cap. 6. Magos asserit qui ad Christum venerunt, fuisse astrologos. Porphyrius eos *πολὺ τὸ θεῖον συφές*, id est, cognitione Dei imbutos, & cultus diuini peritos, vocat lib. *πολὺ τῆς τέλετού χαράχης*. Plato in Alcibiade primo, *μαγίας* ait esse *θεῶν δεξαμενας*, Deorum cultum. Basilius, earum rerum quæ naturæ obscuritate continentur magos pe-

ritos, & arduarum cælestiumque cau-
sarum intelligentes esse ait. Magicas
tamen eorum captiones perstringit in
Orat. E'is οὐδὲ θύμοντι. Ε'θνος περσικόν οὐ μά-
γοι, μαγγανεῖαις, Καὶ παριδαις, Καὶ φυσικαις αἱ-
παδεῖαις, περσέχοντες πεὶ τὴν πύρην τῶν
μεταρρίων ἐχοληπότες. Magi gens Persica
dediti beneficijs, imposturis, incan-
tationibus & naturalibus antipathijs,
studium ponunt in meteoris ac rebus
cælestibus obseruandis. Gymnoso-
phistæ à magis orti sunt ait Laërti. qui
& Ægyptijs sunt antiquiores. Chry-
sosth. homil. 2. in Matth. Ait Magos
Persas non maleficos, sed sapientes in-
telligi. Cum quo sentit Marcel. lib. 23.
qui Darij patrem Hydaspen puros fa-
crorum ritus, siderūmque & motuum
cæli numeros magorum studijs im-
miscuisse ait, quæ illi accepta in poste-
ros cum diuinationis arte transfude-
rint. Strabo lib. 16. in pretio erant
apud Persas magi, καὶ νερυμάρτεις, καὶ

λεγαρομάρττεις, Necromantici, & qui ex pelui diuinant. Magi etiam prodigia interpretabantur apud Persas, vt Hetrusci apud Romanos, Val. Max.lib. I. cap. 6. Cum enim Xerxi de Lacedemone inuadenda consilia agitanti vi num pateræ infusum iterum ac tertio in sanguinem versum esset, magi monuerunt, vt ab incæpto abstineret. Ælian. lib. 2. Variar. hist. Magorum, inquit, in Persis sapientia tum alia viguit quam ipsis scire fas est, tum etiam diuinandi arte nobilitata est. Cum enim Artaxerxe mortuo regnum Ochus capesceret, cuidam ex Eunuchis præceperunt vt posita mensa diligenter aduerteret, quibus primum cibis Rex manum admoueret. Ochus dextra cultrum arripuit, læua panem maximum carnibus impositum ferro diuisit, séque largiter inuitauit. Magi sub eo rerum omnium vbertatem, at non sine multo sanguine fore vatici-

nati sunt. Ωχος τὰς χεῖρας ἐπτίνας τῷ μὴ
δεξιᾷ τῷ μαχαίρω τῷ αὐλακειμόνῳ ἐν ἔλαβε,
τῇ δὲ πέρα τὸν μέγιστον τῷ ἄρτῳ περσειλκύσατο.

Agath. lib. 2. suis etiam temporibus
magorum consilio ac vaticinijs omnia
publica negotia gesta, benè de Repub.
meritis præmia decreta, nocentibus
pœnas impositas ait, eosque cogni-
tionibus principum ac magistratum
interfuisse, nec quicquam iustum ha-
bitum quod non ex eorum consilio
gestum esset. Cicero lib. 1. de diuini-
tat. Nam cum dormienti illi sol ad
pedes visus esset, ter eum frustra appe-
tiuisse manibꝫ, ei magos dixisse, quod
genus sapientum & doctorum habe-
batur in Persis, ex triplici appetitione
solis, triginta annos Cyruim regnati-
rum esse portendi. Magos quoque ex
notis corporis prædixisse Velleius l. 2.
docet, qui vultu Syllæ inspecto sum-
mum imperium ei denuntiarint. Magi
igitur diuinationibus operam dabant,

stellas motibus ac numeris persequer-
bantur, res in natura occultas aperire
se per causas & principia putabant,
præcipuum tamen eorum munus in
rerum sacrarum procuratione fuit.

Laërt. initio lib. I. Ταὶ μάγοις πεὶ δημο-
πίας Θεῶν δηλεῖται, καὶ θυσίας καὶ δύχας ὡς
ἀντόπες μόνες ἀκρομένες. Αὐτοῖς δὲ καὶ μαντικόν.
Id est, magi operam ponebant in cultu
Deorum, & sacrificijs, & precibus ac
votis, quasi soli ex omnibus à Diis
exaudirentur. Diuinationes quoque
factitabant, & ariolabantur. Eratque
piaculum aras adire, vel hostiam con-
tractare, antequam magus libasset,
carménque occentasset. Origen. in
Celsum l. i. quod autem de Ægyptio-
rum sapientibus, idem liceret etiam
de Persis dicere, apud quos sunt mysti-
ca sacra quæ certis rationibus curantur
à magis viris eruditione præcellentibus,
à vulgo enim externa tantum tra-
stantur, nihil sollicito de alteriori co-

gnitione eorum quæ per illa significantur. In suis illis arcanis sacris Dæmonū inuocatione vtuntur, in publico tamen, vt viribus suis ea præstare quæ mira patrant, existimentur, Deorū numen contemtui habent. Philost. de Protag. Μάγοι ἐπιτελέσσοι μὴν οἵς ἀφανῶς ἀρῶσι, τὸν δὲ ἐκφανερὸν δέξαν τῷ θέαν καταλύσσοι, οὐ βελόμενος δοκεῖν παρ' ἀντεῖ μναδός. Comperior eos nefarijs ritibus, & hominum immolatione vsoesse, quod ex Socrate supra docuimus in μαθρέω. Videtur indicare vetus Poëta, qui νευομαρτίαν à Mago factam insectatur.

*Fata per humanas solitus prænoscere fibras
Impius infanda religione Sapor.*

*Pectoris ingenui salientia Viscera flammis
Imposuit, magico carmine rupit humum.*

Ausus ab Elysijs Pompeium ducere campis.

Eorum id etiam muneris fuit, vt prædæ & manubiarum ex hostibus partem aliquam dijs exciperent. Xenoph. l. 4. οὐ μεῖς οὐέλοιτε τὰ κοινὰ. Θεῶν τοι μὴ οὖν, εφη τοῖς

θεοῖς ἔχαπετε ὅπις μάγοι ὀλέην ὑπῆλαν. id est, &
 vos diuidite cōmunia. Primum igitur
 excipietis Dijs in partem quicquid
 Magis visum erit. In sacrificijs, & cum
 ignis sacer in prælium ferretur, aut si
 publici aliquid muneris sacri obeun-
 dum esset, si regibus obuiam eundum,
 manè item ad exortum solis, carmen
 quoddam suum accinebant, qualia vi-
 dentur fuisse Saliorū axamenta Romæ.
 Illa est theogonia quam Herodot. l. I.
 Magos cecinisse ait, cum prosectæ car-
 nes disponerentur. Illud carmen est
 patrium, quod cecinerunt, cum ignis
 sacer altaribus argenteis preferreture eo
 prælio quo Darius ab Alexandre vi-
 ctus est, ait Curtius, quod more suo
 canentes obuiam Alexandre Babylone
 processerunt, ait idem author. l. 7. quo
 Solem, aliósq; Deos manè salutabant.
 Xenoph. lib. 8. παιδ. ι. μετὰ τῶν ἡμέρα
 τοῦ Θεοῦ. Strabo & Herodot. ἵπασθαις &
 ἵπασθαις vocant excantationes. Chrysost.

homil. 2. in c. 1. Matt. Magos dici vult
indigenarum lingua, qui voce tacita
apud se Dei laudes canerent. Pausan.
in Eliacis indicat, Magos interdū car-
mina sua ex libro recitasse, quod Ro-
mæ fieri solitum in sacrificijs docet
Plinius lib. 28. Idem cum matribus
confuescebant, vt Catullus docet hoc
Epigrammate.

*Nascatur Magus ex Gelli matrīsq; nefando
Coniugio, & discat Persicum aruspiciū.*

*Natus vt accepto Veneretur carmine diuos,
Omentum in flamma pingue liquefaciens.*

Laërtius lib. 1. initio ὅταν νομίζειν μηδέ
καταγάγει μήνυμα. Fas esse putant cum ma-
tre aut filia misceri. Omentum illud est
quod ἐπιπλόν à Strabone vocari dixi-
mus. Eust. in 1. Iliad. τὸ δὲ ιερέων δι μά-
γοις πάτερ εἰλόμενοι, τοῖς Θεοῖς καὶ δὲν απένεμον, τὸ δ'
ἐπιπλός μηνεῖν πατέρι τὸ πῦρ καπνόθεασι. Id est,
victimarum carnes prosecantes magi
Dijs nihil distribuunt. Omenti autem
portiunculam in ignem imponunt.
Credebant

Credebant enim Deos solam hostiæ animam velle. Idem hominum animas in varia corpora commigrare putabat, & metempyschosin admittebant, quam significasse videntur in Mithræ ceremonijs. Ut enim cognationem quæ nobis est cum animantibus alijs indicarent, mystas omnes sacrorum participes vocabant leones, fœminas Hyenas, ministros coruos, ut supra ostendimus. Porphy. Τὸν μετεμψύχωσιν εὐτοῖς τῷ μίθρῳ μυστεῖοις ὀμολογεῖσι. Τὸν γὰρ κορόπειαν ἡμῖν τὸν περὶ τὰ ζῷα αἰνίτημφοι, σχετικὸν ζῷων ἡμᾶς μυνέσιν ἐιώδεσι, ὡς τὰς μὲν μετέχοντας τὴν ἀντανόργιαν μυστὰς ηγελεῖν λέοντας. &c. Evidem facilè me adduci patior, ut Pythagoram credam à magis eam corporum summationem hauisse, vel ab Ægyptijs. Nec animi plane fallor, si fides Cyrillo lib. 4. in Julianum, qui Pythagoram venisse ad Zaram Assyrium ait, vnde arcana philosophiæ acceperit. Magi censuerunt

ait Laërtius lib. 1. proœm. homines ex mortuis aliquando suscitandos, ut sempiterno fruantur æuo, *καὶ ἐσεῖς ἀδιά-
τατος.* Quod ab ijs mutuatus est Pythagoras in carm. aur. *Ηὐδὲ διπλένθεισι σῶμα
ἴσι αἰδεῖρος ἐλεύθερον ἐλεθὺς ἔσταις ἀδιάτατος Θεός
ἀμβεγές, γὰρ ἐπι θινός.* Id est, si autem reliquo corpore in purum æthera peruenneris eris immortalis Deus, non amplius morti obnoxius. Ijdem putarunt Deos genitos, ac creatos esse, ait Laërtius. Plin. lib. 30. cap. 1. Pythagoram prodit, Empedoclem, Democritum, Platonem ad magicam discēdam nauigasse. Idem lib. 34. cap. 17. Democritum magorum studiosissimum post Pythagoram vocat. Fuit & quoddam magorum genus qui Maurophori dicti se præcipitabant è curribus, & in cælum euolaturos se sperabant. Diacon. lib. 21. 22. Sed quia nuper ex Tertulliano monuimus magos qui Christum Dominum inter homines è virgine

natum agnouerunt astrologos fuisse,
amplius de illis videamus. Nyssenus
de S. Christi natiuitate, magos illos
non à Perside, sed à Babylone profe-
ctos putat, & de genere Balaam fuisse,
cum quo sentit & D. Hieronymus &
alij patres plerique. Epiph. lib. 3. hæ-
ref. magos Christi cultores è magodia
regione profectos. Prudentius Persas,
& magos esse putat.

En Persici ex orbis sinu

Sol unde sumit ianuam

Cernunt periti interpretes

Regale vexillum magi.

Chrysost. in cap. 1. Matth. homil. 2.
gens quædam erat sita in ipso princi-
pio Orientis ad Oceanum, vbi scripta
nonnulla à Prisco illo Seth prodita
seruabantur, quibus stella Christi in-
dex, & munera offerenda à magis de-
nuntiata erant. Itaque ex ijs studio-
fiore duodecim constituti sunt Astro-
rum scientiæ periti, qui in obseruanda

stella sedulo vigilarent. E quorum numero si quis obierat, alter in eius locum sufficiebatur. Dicebantur autem magi lingua indigenarum, quia voce tacita & silenti apud se Dei laudes canerent. Hi quotannis exacta messe in montem arduum conscenderbant, qui lingua vernacula mons victoriæ dicebatur, spelunca in saxo alta excisum, fontibus irriguum, arboribus consitum. Illis aquis pure loti Dei laudes canebant. In eo studio fuerunt ad illud tempus quo stella Christi Domini index, infantis facie, crucis speciem præferens illuxit, & voce humana commonuit, ut Iudæam peterent. Hæc ille habet, è sermone, ut interpretor, & fama hominum vulgari. An autem magi illi decimo tertio post natum Dominum die munera obtulerint, an altero tantum anno post, controuersum est. Epiphan. pag. 72. duos annos fluxisse vult. Metà 2^o m̄ A^o etiā

χρόνον ὡς ἔδειξαν περὶ ἡρῷοι τὸν χρόνον τῷ αἰσέργει
 δύο διέτες ή κατατέλειψε λόγοντες εἰς ἵερον αὐλὴν;
 post duos annos ut ostenderunt Herodii tempus stellæ à duobus annis & infra venientes in Hierusalem. Idem censet Theodorus Episcopus Ancyrae in Ephes. Synodo. pag. 187. ἐρχόμενοι δὲ μήνιν ἑνεκεν τῇ ἐκεῖ γεγνημένων ἀνιαυτῷ διετέρη πληρωθέντες ἕλθον ὁι γονεῖς ἐκεῖσε δύο
 ναζαρεῖς. Διὸ καὶ ἡ ἐλθοντις τῇ μάγων τὸν γεγένηται. Οὐδὲ πολλοὶ τὴν μαρτίαν ἀνταπλαίω,
 ἀλλὰ ὡδίην ἀντεῖς ὁ ἀστὴρ ἀγγεῖ τῷ πόπῳ ως ἦ,
 ἐκεῖ τὸ παιδίον, καὶ οἰστελθόντες εἰς τὸν οἶκον.
 Id est, Maria & Ioseph parentes Christi altero anno elapsò recordationis causa eorum quæ ibi contigerant à Nazareth ad urbem Bethleem venerunt, ideoque & tunc Magi ab Oriente profecti eam urbem aduenerunt. Neque Mariam in specu ac præsepi reperunt, sed deduxit eos stellæ usque ad locum ubi erat puer, & ingressi domū. Alij putant eos 12. circiter die à Christo Domino nato Bethleem venisse,

quod à Mesopotamia quæ magis ad Orientem pertinet si Iudæam spectas quam Persis, 12. diebus Hierusalem adiri posset.

DE CHALDAEIS.

CAP. VII.



E Magis adhuc egimus, ad Chaldaeos accedendum est. Chaldae i olim Arphaxadei dicti sunt, ab Arphaxad filio Sem, ait Iosephus lib. 1.c.7. A Chased quarto filio Nachor illius, qui frater Abrahæ fuit. Chasdim primum, deinde Chaldae vocati sunt. Hieron. lib. quæst. in Genes. quod si verum est, ante Abrahæ ætatem nulla natio sectaque Chaldaeorum fuit, certè nomen Chaldaum defuit. Strabo ἐν ταῖς περὶ τῆς οἰκουμένης αἰτ. l. 13. Id est, Chalybes Chaldais nomen dedisse. Quidam

ab Ano & Belo quos Abrahamo faciunt antiquiores Chaldæos ductos volunt. Sic enim sentit apud Cyrillum Julianus. Isidorus lib. 9. etymol. ab Hieronymo facit, aitque olim Chasdaim dictos à Chaset filio Nachor fratris Abrahæ. Chaldæi isti sæpè apud autores ob artes & scientiæ similitudinem pro magis accipiuntur. **Claudia** lib. 1. in Stilicon.

*Ritûque iuuencos
Chaldaeo strauere magi.*

Quo loco magos Parthorum sacerdotes facit. Sidon. Car. 2. Hic Diuos testatus auos Chaldæus in extis, Pontificū de more senex arcana peregit murmura, gemmantem pateram Rex ipse rentans, fundit thuricemis carchesia cernuus aris. Thure enim sacrificabat persæ ut Curtius lib. 5. c. 5. Danieli Chaldæi dicuntur ἱπποιδοι, sicut apud Strabonem, & Herodot. magi sunt ἱπποιδοι, quæ vox non semper in deterius

Sonat. Δεινὸν ἀρχων τοῦ πατούσων. Ijdem
Gazareni vocantur, à quibus magos
ortos esse supra docuimus. Nam &
Chaldæi sicuti magi coluerunt ignem.
Vnde Abraham de Vr Chaldæorum à
Deo creptus est, quod cum ignem ado-
rare nollet, à Chaldæis in ignem inie-
ctus sit, ait Hieron. l. quæst. in Genes.
in eo igne Aram frater Abraham periit,
cum Thare pater eius vna cum filijs in
ignem missus esset, ut prodit Hierony-
mus ibidem. Abrahamum enim Chal-
dæum fuisse, & Astrorū peritum, Deiq;
cognitionem ex ea scientia haussisse
monet Gregor. Nyssen. in Gregorio
Thaumaturgo, & in Orat. de Basilio.
Imò verò Chaldeos ipsos veri ac vnius
Dei cognitione imbutos fuisse augu-
rōt ex eo oraculo Apollinis quod legi-
tur apud Suidam, & Cyril. lib. 4. in
Julian.

Μένοις ζελεῖσιν οὐ φίαν λάχειν, οὐδὲ βεγγίαν.

Id est, soli Chaldæi cum Hæbreis sa-

pientiam sortiti sunt, ἀνθεγέντες & æternum regem Deorum colentes. Certè ritus ille quo Deus inter medias vieti-mæ partes transiit, cum Abrahamo fœdus feriens, à Chaldæis est, qui iusurādum illa transitione per medias hōstiaæ sectiones sancibant. Cyrillus in Iulianum interpretatur id, ignem diuidere. Aliud est, τὸ πῦρ θέρπειν, τὸ Θέας ὄρμωκοτεῖν, apud Sophocl. in Antigo. incedere per ignes, & Deos testari. Ex hoc Chal-dæorum genere Balaam fuit, de quo Chrysost. homil. 2. in c. i. Mat. Cæterū duo Chaldeorū genera fuere, ut Strabo lib. 15. Orcheni, & Borsippeni lib. 16. Βορσίππης οὐ πόλις τῆς ἀρτεμιδός, sacrum urbem Dianæ vocat. Ioseph. l. i. Origin. & Euseb. lib. Præparat. Euang. monent Nabonidem postremum Babyloniam regem, quem Cyrus regno & vita expulit, συγκλεισθῆναι εἰς τὴν Βορσίππην πόλιν clausum esse in urbe Borsippenorum. Paulò infra, perrexit Cyrus Borsippū.

Α' νέζενται ὁ κῦρος δῆλος Βόρσιππον. Apud Strab.
 lego, Βορσιππανάς non Βορσιππωνάς. Apud
 Euseb. lib. 10. sub finem lego, ὅπερ δὲ
 τῆς Βορσιππωνῶν πόλιος λάκκον ὄρυξάμενος.
 Id est, supra urbem Borsipporum lacu
 effosso. vulgo malè legitur, σπασανῶν.
 Strabo lib. 12. Chaldæos olim dictos
 esse Chalybas scribit. Idem lib. 16. in
 Babylonia locus ad habitandum attri-
 butus est philosophis indigenis Chal-
 deis dictis, qui astronomiam exercent,
 è quibus aliqui genituras inspiciunt,
 quos alij non admittunt. Λ' φώεισο δέ εἰ
 τῇ Βαθυλανίᾳ κατεῖκαν τοῖς δημιχωρίοις φιλοσό-
 φοις, τοῖς Χαλδαίοις αρεταγορούμενοις, οἱ τοῖς
 ἀστρονομίας εἰσὶ τὸ πλέον. Περιποιεῖνται δὲ πινες
 καὶ γλυφτλιαλογεῖν, & οἱ καταδέχονται οἱ ἔπειροι.
 Est & Chaldæotum natio, & Babylo-
 niæ regio quam inhabitant Arabibus
 & mari Persico proxima. Εἴσι δὲ καὶ τοῖς
 Χαλδαίων γύνι πλεῖστοι, καὶ γῦν ὄργανοι πινες αρε-
 ταγορέουνται. καὶ Βορσιππωνοι, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι
 οἱ αὐτοὶ αἱρέονται ἄλλα καὶ ἄλλα λέγονται αἱ
 τοῖς ἀντίθετα. Id est, sunt autem

plura genera Chaldæorum. Alij enim dicuntur Orcheni , alij Borsippini , & plures alij qui pro secta quam profertur, de ijsdem rebus, alia atque alia docent, ait Strabo ibidem. Cicero Babylonios 40. millia annorum in periclitandis pueris quicunque nati essent posuisse scribit lib. 1. de diuinat. Babylonij omnibus maximè verò Chal-dæis, piscibus in cibum vti religioni fuit, cuius rei causam affert Tzetzes Chiliad. 9. cap. 275. quod Derceto mater Semiramidis, in piscem mutata sit. Cultuseorum, & amictus est apud Ezechiel. cap. 23. Chaldæos accinctos Baltheis renes, & tiaras tintas in capitibus eorum. Non enim nativo lanç colore pileos imbutos habuerunt, sed quæsito artificio tintos. Chaldæi, obuiam Alexandro processerunt cum vatibus Babyloniorum. Curtius lib. 7. post hos Chaldæi, Babyloniorūmque non vates modo, sed etiam artifices,

cum fidibus sui generis ibant : laudes
ij regum canere soliti , Chaldæi side-
rum motus & status temporum vices
ostendere. Vbi animaduertis alios esse
Chaldæos, alios vates, & Poëtas Ba-
byloniorum. Ex Chaldæorum consi-
lio cuncta reges Babyloniam fecisse, ait
Hieronym. in cap. 47. Isaiæ. Ijanimas
immortales primi dixerunt. Pausanias
in Messeniac. Εγώ δὲ Χαλδαῖος, οὐκ ἵνδων
τάς μάγιας πεφτάς θίδα εἰπούμενος αὐτοῖς αἰδάρων
ζεῖν αἰδερόπον φυχή. Id est, ego scio Chal-
dæos, & Indorū magos primos dixisse
animam hominum esse immortalem.
Cic. tamen Tuscul. i. Pherecidi Syro
hoc tribuit, Laërtius Taleti. Xenoph.
lib. 3. Instit. Cyri πολεμικῶν τάς καὶ πέντε
esse ait, Bellicosos & pauperes Chal-
dæos. Rex Babyloniorum, Rex Chal-
dæorum dicitur Danieli & Isaiæ, quo-
rum in moribus id fuit, ut verba Deca-
logi Mosaici frontibus illigata præfer-
rent, saltem ijs qui sanctitatis famam

aucupari vellent. Hieron. in Matth.
cap. 23. lib. 3. Pharisei scribebant in
membranis Decalogum Mosis , id est,
decem verba legis complicantes ea, &
ligantes in fronte , quod hodiéque
Indi, Persæ, & Babylonij faciunt, &
hoc qui habuerit , quasi religiosus in
populis iudicatur. Hic quidem mos
Babylonem influxisse videt uriam ab
illo tempore , quo Nabuchodonosor
Iudæos in Assyriam transtulit. Sic enim
Babylone Iudæorum natio paruis in-
crementis aucta est, ut ipsos penè Ba-
bylonios numero superaret, & in suas
eos religiones traduceret, narrante
Iosepho. Chaldaei igitur reponuntur
inter antiquissimos Babylonios, admi-
nistrationis vitæque formam non absi-
milem Ægyptijs sacerdotibus habent.
In cultu quippe Deorum toto vitæ
tempore philosophantur, & diuinatio-
nem sibi vindicant, tum verò februis
quibusdam, sacrificijs , & imprecatio-

nibus mala aueruncant, & vberimam
bonorum copiam inuehere conantur
Periti sunt auguriorum, exploratam
habent somniorum rationem, porten-
ta scienter interpretantur, eorūmque
nemo sine laude in extispicijs versa-
tur. Doctrinam suam non temerè pro-
mulgant, nec quoscunque in discipli-
nam admittunt, sed gentilibus suis
eius artis studia tradunt, filiūsque à
patre instituitur, & à reliquis immunes
ætatem agunt, à pueris autem scientiæ
vacant, vt eam cū lacte nutricis suxisse
videantur. Huius vniuersi naturam
immortalem esse dicunt, & finis prin-
cipijque carentem. Rerūmque omniū
admirabilem ordinem diuina prou-
identit regi, nec temerè res vniuersi
ferri, sed statu Deorum iudicio putant.
Plurimum tribuunt erronibus quin-
que, Saturno, Ioui, Marti, Mercurio,
Veneri, quos illi vocant diuinæ volun-
tatis interpretes, quod stellæ affixæ,

motuū varietate carentes minus certores futuras prænuntient. Saturnum certè Solis nomine dignantur. Sub horum s. conuersione stellas. 30. velut in statione collocant, quos Deos consiliarios vocat, ut Diodorus Sicul. l. 2.

Τέταρτον δε ταῦτα μὴν ἡμίσεις εἰς τὰς ἵπεργύν τόπους ἐπορθεῖν, τὰς δὲ ἡμίσεις θητὴν γῆν τὰ καὶ αὐθεφό- πλευραν τηναὶ μα, καὶ τὰ καὶ τὸν ερειδὸν συμ- βαίνοντα. Λία δὲ ἡμερῆ δίκαια πέμπτας τῆς μὴν αἱωνικῆς ταῦτα καθάπερ ἄγγελον τῷ ἀστέρον, τῷ δὲ ὑπὸ γῆν ταῦτα αἱωνικάλια ὅμοιας ἔναι.

Harum triginta stellarū, quæ planetis, veluti principibus apparent administræ, altera pars in loca terris inferiora intuetur, altera in terram. Legendum puto horum verborum initio, εἰς τὰς ἵπεργύν τόπους ἐφορθεῖν non ἵπεργύν. Eo conjectura ducor, quod postea dicat, τῷ δὲ ὑπὸ γῆν ταῦτα τὰς αἱωνικά. Statuit enim veluti tres ordines stellarum, ut quædam ea spectent quæ sunt infra terram aliæ terram ipsam, tertiaæ superiora intuean-

tur. Duodecim Deos præcipuos ponunt, quorum vnicuique suum mensem, & è duodecim Zodiaci signis vnū attribuunt. Perea signa Solem ac Lunā, cæterosq; errores statas conuersiones, ac reuersiones efficere autumāt. Multis regibus nullo errore futura prænuntia-
runt, sed & plebeijs hominibus, sic ad verum proximè res suas explicant, vt aliquid homine maius in ijs agnosca-
tur. Post Zodiacū circulum 24. sidera definiunt, quorum alteram partem ad Boream locant, alteram ad Austrum. Ex eo numero sidera quæ sub oculo-
rū sensum cadunt viuentibus assignāt, quæ fugiunt aspectum, ea mortuorum esse volunt, quos iudices huius vniuersi vocant. Lunam proximè ter-
ram statuunt, cuius benè curriculum non ad motus celeritatem, sed ad cir-
culi breuitatem referunt. ἐπῶν ἔπιτα καὶ οὐ μυειάδας, καὶ τοῖς δὴ τάνταις χλιάδας εἰς τὸν ἀλεξανδρεῖον διάβασιν γεγονέναι, καταειδυόσι, ἀφ-

ὅτε τὸ παλαιὸν ἡρξαντὸν ἀσπωντας οὐδὲ γῆρασκοις
ποιεῖσθ. Id est, quadraginta septem my-
riadas, & tria millia annorum fluxisse
volunt ad Alexandri transitum, à quo
siderum cursus obseruare instituerūt.
Id est, quadringenta septuaginta, & 3,
millia annorum. Ammian. l. 23. prope
Seleuciam Chaldæorū est regio, altrix
Philosophiæ veteris, vt memorāt ipsi,
apud quos vera ratiocinandi fides elu-
xit. Ut appareat in Antigono, quem Ba-
bylone Chaldæi post obitum Alexadri
adeunt, admonétq;, si Seleucum è ma-
nibus suis elabi patiatur, fore ut ab eo,
imperio vitāq; spolietur, Antigonus,
χαταπλαγίες τὸ αἴξιμα τῷ αἰσθῶτι (μεγάλη γὰ
ἐμπειρία τὸν τέττας εἶνας δοκεῖ, καὶ οὐδὲ τέτοιες
ἢ Τίρησις τῷ ἀσπων ἀκειβεσάτη Αἴποφαινοῦται γὰ
πολλὰς υπεράδας ἐπεν ἐπάρχειν, οἷς ἐπὶ παρ ἀντίς
ἴστην ἢ τοῦτο ταῦτα σπαδή). Admiratus est ho-
minum majestatem & nomen. Magna
enim ijs experientia esse dicitur, &
apud eos accuratissima est astrorum
obseruatio. Ostendunt multas anno-

rum esse Myriadas, ex quo in hoc genere studij versantur. Ijdem Alexandro prædixere, si Babylonē iniret, breuem interitum. Et quod Antigono prædixerat, id eius ruina certissimo euentu comprobatur est. Diodor.l. 19. author. Adeo quidem in Astrorum notatione fuere perspicaces Chaldæi, ut cum in Ezechiæ Iudæorum Regis morbo Sol retrocedens diei spatia duplicasset, illam Solis reuersionem ac veluti fugam, ab vno Deo rerum omnium moderatore imperatam cognouerint, & regem suum Merodach hortati sint, ut Iudæorum Regis Deo cari amicitiam per legatos expeteret. Sic enim Hieron. locum illum Isaiæ c. 39. interpretatur. In tempore illo misit Merodach Baladam, filius Baladā, rex Babylonis libros, & munera ad Ezechiā. Audierat enim quod ægrotasset, & cōualuisset. In confessio igitur est apud omnes Chaldæos Astrologiæ repertores qui

planetis nomina posuerint, Saturnum
~~κερόν~~ quem Λαίον vocant, àpη Martem,
 àφεδίτην, Venerem, ἐρυν Mercurium
 Δα Iouem, Lunam enim & Solem ob-
 insignem efficaciam inter errores non
 numerant. Illi quidem Babylone, vt
 diximus, vixerunt, & sub Heraclio bre-
 uem Chosroi regi Persarū interitum,
 quod olim Alejandro fecerant, si Ba-
 bylonem iniret, denunciarunt. Indicat
 Diodor. p. 701. & quod à Propertio
 de Phœnicibus astrologiæ authoribus
 dicitur, de Babylonij accipiendum
 lib. 2. Eleg. 5.

Quærimus & Cælo Phœnicum inuenta sereno,
Quæ sit stella homini commoda, quæq; mala.

Quo respexit Eleg. i. lib. i.

— *Haud ego Yates*

Nescius ærata signa mouere pila.

Horat. lib. i. — Nec Babylonios

Tentari numeros, vt melius quicquid erit pati.

Babylonij enim cum in patentibus
 camporum æquoribus degerent, sic vt

prospectui nihil officeret, cœli cursum numeris ac motibus persecuti sunt, ait Cic.lib.i. de Diuin. vnde Origen. fine 3. Homil. in Hierem. Si quis vestrum Mathematicorum deliramenta sectatur, in terra Chaldæorum est, qui stellis ea quæ geruntur in terris consecrant, & pecatorum nostrorum causas, siue virtutes eorum quæ nobis accidunt, ex earum motibus asserunt fieri. Si quis natiuitatis diem supputat, & varijs horarum momentorūmq; rationibus credēs hoc dogma suscipit, in terra Chaldeorum est. Semiramis autem in media vrbe, Iouis fanum exstruxit, qui Belus dicitur. Eius altitudo fuit incredibilis, vbi Chaldæi sidera seruabant, & astrorum ortus ac obitus accuratè ob ædificij magnitudinē notabāt. Diodor.l.2.
η σεμίραμις ἐν μέσον τῆς πόλεων κατεσκέψασεν οὐρανὸν παλαιῶν ὁ βαθυλώνιος Βῆλον, ὁ μολογεῖται δὲ Τὰς χαλδαίας ἐν ἀντέποιεν δέ τὰς τὴν ἄστρων κατετήρησεν. Chaldæi enim Beli Iouis


sacerdotes fuere Herodoto lib. I. οἰχαλ-
δαιοι ἔτοις ἵπεις τάττε Θεούς, δίος Βηλού. Tatianus
pag. pen. ad Græcos, Berosus Babylo-
nius, ιεροῦς τῷ παρὰ ἀνθροῖς Βηλού κατέ- ἀλεξανδρού
γεγονὼς, αἰπόχω τῷ μετ' ἀντὸν Φίτω τὴν ισοειαν
ἐν Βησιλίοις κατατάξας. Qui sacerdos
Beli fuit ætate Alexandri, & Antiocho
post Alexandrū tertio Regi historiam
tribus libris contexuit. Babylone igi-
tur in illo Beli fano ad aram auream
extra templum sacrificare nefas fuit; in
majori autem ara, vbi oves integræ im-
molantur, singulis annis Chaldæi turis
mille talenta suffitibus sacris impen-
dunt, Iouis Beli diem obeuntes. Herodot. lib. I. οὐδὲ τὸ τεμένει τῷ Βηλῷ, Βωμὸς
χρύσεος ἔξω τῷ νηῷ. Εἴτι δὲ καὶ ἄλλος Βωμὸς ὅπου
θύεται τὰ τέλεα τῷ ωροβάτοι. Επι' γὰρ τῷ χρυσεῷ
Βωμῷ όπλος θύεται θύει. Όπι μὴ γαλάτην. Επι' δὲ τῷ
μετζοος Βωμῷ κατεργίζεται λιβανωτὴ χέλια τά-
λαντα ἑπτος ἑκάτερος οἰχαλδαιοῖς, τότε ἐπέκειν τὴν
ἱορτὴν ἀγωστοῖς πᾶσι θεῶ. Iuppiter, Juno, Rhea
ab ipsis Babylonis initijs in templo





Beli culti sunt Diodor, l. 2. cū iερῷ θύδεται
 Θύλε, ἐπ' ἀκροῖς τῆς αναβάσεως θία κατέπονθα-
 σει ἡ σεμίεραντις ἀγάλματα χρυσᾶ, σφυρίλατα,
 θύδε, θέας, ρέας. Id est, in templo Iouis Beli
 in summa gradatione Semiramis tria
 simulacra aurea malleo ducta finxit,
 Iouis, Veneris, Rheæ. Iouis simulacru
 stans pedes altum 40. mille talentorum
 erat Babyloniorum, vt & Rheæ simu-
 lacrum in curru sedentis, super cuius
 genua duo Leones, nec procul angues
 argenti stabant. Iuno talentor. 800.
 Plura in hoc argumentum sequenti-
 bus Eclogarum libris, si omnino non
 displicebunt, expectatio.


F I N I S.











me

